AVGVSTINI

Niphi Medices Sueſſani de Figuris Stellarum Helionoricis: ad Illuſtriſſimam Mariam Sanſeueriniam Nolanorum Principem.

Libri duo.

Cum Gratia: ⁊ Priuilegio.



Bib·Sec·Coll.Rom·Soc·J.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

PROEMIVM.

❡Auguſtini Nyphi Medices de Helionoricis
Stellarum figuris Libri Prefatio ad
Mariam Sanſeueriniam Nolanorum
Principem Illuſtriſſimam.

DEfeſſo longa uenationis exercitatione
Maria magnanima cum Sol iam meri
diem componeret, caneſq; prænimio
calore/ ferarum ueſtigia non amplius
ſectarētur, Sub ameniſſimę cuiuſdam
arboris umbra/ nō procul a roſeo quo
dam/ ac nitidiſſimo fonte Mitis ac ſua
uis ſōnus obrepſit: atq; lōge a quietis
principio progredienti, mihi Iuuenis
in ſōnijs uenit, decenti corporis proceritate erecta, inceſſu gra
uis, membrorum admirabili quadam ratione compoſita, ſub
nigris ocellis lucifero, ac heſpero q̄ ſimillimis honeſtata / p̄/
dulce quodam ſubridens ut eburnei dentes corallinaq; label/
la cotum oſcillum uenuſtarent: roſeis genis fulgida, cōmode/
rato collo elata, pectore amplo gēmata, In quo Mamille perſi/
cis, ac odoriferis pomis perſimiles/ confragrabant, aureis ca/
pillis per humeros defluentibus, forma deniq; adeo pulcher/
rima, ut humanam pulchritudinem mirum in modum exce/
deret. Veſte muliebri partibus hinc rubro, illinc uirēti colore
intexta q̄ decētiſſime induta: breuibus ac rudibus admodum
coturnis calciata. Pharetra ſubcincta. Arcum manu geſtans.
Cornu ab humeris pendenti: uirginū inſtar: quæ per ſyluas:
feras perueſtigant. Cuius diuinam formam diuinum quoq;
habitum admirans. Heus mulier: reſponde: quæſo: dixi: es ne
homo, an dea? que cum uerbis reſponſum denegaſſet: uox nō
hominem certe: ſed deam ſonabat. Quā cum iterum rogaſſem
ſubridens tandem Genius ſum: reſpondit: cuius profecto cu
ræ Helionora illa Piccolominia a Ioue cōmiſſa eſt. Donec ab
hac uita ad eam ſtellam ſe transferet: quæ in Arietis uertice
emicat

 BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

emicat:quæq; tocius cæli:ſtellarumq; omnium principium eſt. æui : atq; omnium rerum origo. Veni in ſõnijs ad te ſub hac: quam uides:forma:ſub hoc quoq; habitu.Nam ſcio hoc modo me tibi Iucundam atq; gratam eſſe : ueni dico(ut perſuaderem Helionoræ uirtutes:laudeſq; quemadmodum mente uoceq; : ita quoq; Calamo decantes)Eſt enim quæ pulchritudine ac forma Romanas mulieres:pudore atq; continentia Chiorum uirgines. Prudentia Ingenioue Xenocratam Cumeam. Eloquentia ac di- cendi ſuauitate Orthenſiam. Corneliamq; Scipionis filiam.Libe ralitate.P.Buſam Canuſinam . Venuſtate atq; modeſtia Iuliam Pompei Vxorem facile exuperat . Eſtq; ea quæ te ardenter amat. Quæ Ingenti admiratione ueneratur:quæ tua ſtudia extollit ad Sydera.Que humanitatem.Sinceritatem.Fidelitatem. Gratitudi nem.Facilitatem ſemper laudat:ac in ore habet:cunctis etiam prę dicat.Quare cum ſit tuo præconio digna:lauda igitur ipſam:red de(ut fas eſt)uices:& ſi nõ ob ingentes uirtutes:quibus Illuſtra tur:ob uenerationem ſaltem:qua te admiratur:& colit . Quæ cũ hæc dixiſſet:mox euanuit:cuius diſceſſu cor adeo dolore pungẽ ti præſſum eſt:ut Mox admiratus e ſõno cogerer excitari . Cũq; ſomni diuinitatem animaduerterem:tãtiq; numinis perſuaſiones conſiderarem: ut illi (quod fas erat) parerem . Cæpi de ea ſtella ſcribere:quæ in Arietis ſtelliferi fronte cõſtituta.Helionoræ(cũ e uita migrabit)Solium erit.Huic equidem non ab ratione Helio noræ nomen impoſui:q; non raro in hora Solis exorta ad uena tiones aduocet:atq; inuitet . Ab hac tãq̃ ab omnium ſtellarũ prin cipio figuras ſexdecim angulorum Helionoricas appellamus : quas poſt coniunctiones Saturnus.Iupiter.Mars Sol.Lunaq; ſu is peragrationibus deſcribunt.Per hæc quoq; declarabimus effe- ctus:portenta:atq; monſtra:quę in hoc noſtro mundo ſtellæ mi nantur.Patefaciemus inſuper errores cæleſtium rerum ſcriptorũ: qui cum non huiuſmodi Helionoricas figuras animaduerterint. Aniles fabellas p tot Secula nobis prędicarũt.Sicq; Helionoræ tuæ uirtutes decantando.Illiuſq; nomen perenni gloriæ(quo ad poſſumus)mandando.Cõmentariolum hunc confecimus : cu- ius finem

Helionora Solis in hora.


ſus finem in maturа morte preuenta. Cùm nec uidere: nec degu/ſtare potuiſſet: ipſum ſub tuo excelſo nomine edere decreui. Tū (ut uiri omnes) qui i mundo ſunt: me nō uitæ atq; fortunæ (ut faciunt: qui ſpe lucri adulando ſcribunt) Sed uirtutum in uita pariter atq; poſt mortem / Amicum eſſe aperte intelligant. Tum etiam (ut illius celebritatem) Virtutūq; magnitudinē (ut decet) cunctis promerem: ac patefacerem. Sub tuo inquam excelſo no/mine ipſum edere decreui: non iniuria profecto: nam omni ex parte: ac fere una omnium uoce (præſertim Caroli Marotij tui præconis: qui nunq̄ de tuis uirtutibus ac manſuetudine prædi/care deſinit) Audio te Pulchritudine. Pudor̄. Liberalitate. Mode ſtia ac Caſtitate Helionoram matrem in omnibus imitari. Accipe igitur Magnanima Maria ea manu: eo uultu. Atq; ea gratitudine hunc noſtrum Cōmentariolum: magnitudine quidem paruum. Virtute autem: ut reor: Ampliſſimū: quibus Helionora mater ſi eſſet in uiuis: gratanter accepiſſet. Vale.

¶ De Helionora ſtella
Niphi Carmen.

Quæ Niphi fuerat flammis iaculata medullis
Nunc medio radiat Helionora polo.
Quod iam dij potuere: poteſt: & gratia Niphi /
Aſtris mortales conſecrat æthereis.

Enunciatum. Primum.


STellarum luminumq; Sexdecanguli: quos
lumina Stelleue ipſe ſuis motibus deſcribūt:
eorum que in hoc mundo ſiunt: ⁊ generatio-
nis ⁊ corruptionis cauſe vniuerſales ſunt: ip-
ſarum conſtitutiones/que in rerum geniturís
contingunt/ſunt particulares cauſe: perpetue vero omni-
um horum conuerſionis diurnus motus cauſa eſt.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Sexdecangulæ figurę deſcri/ptio.

COnfigurationes Cæleſtiũ Signorum :
quæ græce ſynſchemata dicuntur/latine
uero tum aſpectus / tum reſpectus / atq;
rationes multifariam ſunt/de quibus di
ligenter in erudicionibus aſtronomicis
ſcripſimus. At nunc eam figuram expla
nare propoſuimus/quam ab angulorũ
numero ſexdecangulam nouo uerbo li/
beat appellare: ꝙ ipſa.xvi.angulis con/
ſtet. Alij/& quidem non ab ratione / a numero laterum appella/
runt figuram.xvi.laterum:ꝙ ipſa.xvi.lateribus deſcribatur. Zo/
diacus igitur hoc eſt ſignifer:qui ex dodecatemorijs hoc eſt.xii.
ſectionibus conſtat:ac.360.partibus : quæ etiam gradus appel/
lantur/ſi per numerum.xvi.diuidatur figura.xvi.laterum reſul/
tabit/cuius latus unumquodq; partibus.xxii.& minutis.xxx.
computabitur:nam ratio docet gradus.xxii.minuta.xxx.ſexde/
cies ductos.360.gradus producere: quot gradibus uniuerſus
cæli ambitus deſcribere. Conſtituto ergo in Arietis horarij ſiue
Solaris prima parte tocius Cæli pricipio in qua Helionora Stel
la gratia exempli conſtituatur/ut principium in omni ſexdecan
gula figura deſcribenda/figuræ.xvi.laterum ſexdecangulæq; Ini
cium erit in prima Arietis parte/quam Helionorã Stellam libuit
appellare. Primus uero angulus in.xxii. parte & minutis. xxx.
eiuſdem cõſtituetur. Sedus in Tauri parte.xv. Tercius in Gem
minorum parte.vij.& minutis.xxx. Quartus in Cancri parte
prima. Quintus in Cancri parte.xxij.& minutis.xxx. Sextus in
Leonis parte.xv. Septimus in Virginis parte.vij.& minutis.xxx
Octauus in Libræ parte prima. Nonus in Libræ. xxij.minutis.
xxx. Decimus in Scorpij parte.xv. Vndecimus in Sagictarij par
te.vij.& minutis.xxx. Duodecimus in Capricorni parte prima.
Tertiuſdecimus in Capricorni parte.xxij.& minutis.xxx. Quar
tuſdecimus in Aquarij parte.xv. Quintuſdecimus in Piſciũ par
te.vij.& minutis.xxx. Sextuſdecimus & Vltimus in principio
tocius figuræ Arietis uidelicet prima parte.



QVibꝰ patet nõ tãtũ Signa/ſiue ſignorũ partes/quæ ĩ hac figura ſũt/ſibi inuicẽ ꝯfiguratas eſſe/ſed Stellas ſiue errãtes/ſiue non errantes/quæ in his Angulis cõtingunt/ ſeſe mutuo aſpicere:& quidem ea ratione:qua Anguli ſe aſpiciunt. Qua ratione fit/ut Sexdecangula figura nõ ſolũ a prima Arietis parte Initium ſumere pōteſt/ſed e qualibet:modo in ea ſit:aut Stella/aut luminare/aut efficatia aliqua digna conſideratione/ut poſterius dicemus. Et de Sexdecangulæ figuræ inuento poſt hæc agendum eſt.

De inuento Sexdecangulæ figuræ.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dum eſt. Sexdecangulæ igitur figuræ Inuentum Primo fuit in Luna cũ Sole:hanc enim figuram per dies nauticæ profeſſionis Magiſtri primum obſeruarunt/ut eo Libro meminit Theophraſtus/quem de ſignis temporum conſcripſit Obſeruarunt enim primo eam Zodiaci partẽ:in qua Luna cum Sole coire dicitur: Nam pro illius loci qualitate/& pro ratione/quã cum Stellis cæteris habet/mutare tempus obſeruarunt:& hic locus eſt totius Sexdecangulæ figuræ principium. Ptolemæuspoſtea hanc obſeruationem tranſtulit in Libro Apoteleſmatum ſecũdo:cum rerum meſtrualium obſeruationem edocuit Obſeruarunt inſuper diem quartũ a Lunatione/quó ſilicet Luna inuenitur a Sole Fere diſtans gradibus.45.quo numero conſtat Semiquadrangulus Luuę ad Solem:hoc enim die Lune cũ Sole angulum ſecundum Sexdecãgulæ figuræ poſſidet:unde & Ptolemæus in Libro Apoteleſmatum inquit/erit plerumq; alterationis Inicium tribus diebus anteq̃ ſit cũ Sole Luna:tribus etiam poſtea:& intellige completis:qui ſunt quatuor imperfecti:quibus ipſa ad Solem erit ſemiquadrangula:tribus enim diebus antea ſemiquadrangula eſt dextra:tribus uero poſtea ſiniſtra Simili ratione & in cæteris Angulis Ptolemæus poſtea obſeruari præcepit: edocuitq; huiuſmodi Angulos ex uaria Lunæ illuminatiõe:eſt enim Luna reſpectu Solis multilumina. Nam eſt conoida/hoc eſt cornicularis/ ut cũ eſt a Sole in Angulo ſecũdo/eſt dichotoma:ut cum eſt a Sole in Angulo quarto :tũc enim ſemiplena eſt:eſt amphicyrtica:hoc eſt prætumida ſiue gibborosa/ut cum eſt a Sole in Angulo ſexto eſt plena ut cũ eſt a Sole in Angulo octauo Poſſunt & aliæ figuræ in Lunæ luminationibus pro loci ratione colligi:& quidem reſpectu Solis/has tamen/ut magis annotatione dignas / atq; pollentiores Ptolemæus edocuit. Poſt hos figuram huiuſmodi obſeruarunt Medici/ut Hippocrates/& Galenus/hi enim dierũ criticorum rationem ex motu Lunæ per talem figurã tradunt. Nam Lunę peragratio per Angulos ſexdecangulæ figurę manifeſtam in morbis efficit mutationem/ut in noſtro de Criticis expoſuimus. Ptolemæus quoq; in Libro.c.Enuntiatorum inquit ſuper

ægrotis

ægrotis criticos dies inſpice/ac Lunæ peragrationem in Angulis figuræ.16.laterum:ubi enim eos Angulos bene affectos inuene ris:bene erit languenti:contra male:ſi afflictos inueneris:hacte/ nus Ptolemæus. Poſtea eadem ratione in cæteris ſtellis huiuſmo di figura obſeruata eſt & inter ſe / & ad primam Arietis partem. Ptolemæus enim in Libro Apoteleſmatum ſupponens primo Stellis motu & lumine agere in nos:Soleꝫ huiuſmodi figurã in anni temporibus deſcribere demonſtrat. Nam Ver eſt/cum Sol Arietem temporarium tenet.Eſtas cum Sol tenet Cancꝝ ſignum Arieti quadrangulum.Eſt Autunnus/cũ Sol tenet Libram Arie ti diametram/& Cancro quadrangulam. Eſt Hyens/ cum Sol te/ net Capricornum Cancro diametrum/Arieti uero & Libræ qua drangulum.In angulis etiam medijs Mediocres etiam mutatio/ nes Sol efficit. Nam cum tenet ibi gradum Tauri qui locus / eſt primi quadranguli dimidium:Vernale tempus intercidit: ſi/ mili ratione & in alijs medijs locis tempus intercidere uidetur. ¶ Præterea cũ Sol.22.gradum & minutum.30.Arietis tenet/ob ſeruatum eſt Solem medium illud tempus adhuc in duo dimi/ dia diſſecare. Vernales etiã qualitates ſenſibiliores efficere.Qua ratione fit ut Sol hanc ſexdecangulam figurã deſcribens Annũ efficiat.Et cũ cæteræ Stellæ moueantur & luceant/conſentaneum rationi eſt illas & inter ſe/& ad Arietem eandem figuram deſcri/ bere.Saturnus enim cũ Arietem tenet:ex inſita ui loci uim quan dam exercet:& cum tenet Cancrum Arieti quadrangulum uim aliã:ſicq; in cæteris angulis ſimili ratione.¶Præterea cum Iupi/ ter Saturno coniunctus eſt:cõiunctionis uires exercet. Cum eſt eidem Saturno diameter medias eiuſdẽ coniunctionis uires pro mere uidetur.Cum eſt eidem quadrangulus.Aduc uires cõiun/ ctionis excercet dimidiatas medias/ſicq; ĩ cæteris Angulis efficit. Idem quoq; cæteræ Stelle/& inter ſe:& ad ſignorum capita com paratæ:cum omnes motu & lumine agant.Nec eſt dicendum cæ teras Stellas in nos nõ agere:ſed ſolum factas eſſe ad cœli ipſius ornatum:ut complures autumant. Ptolæmeus enim Matheſe/ os magnus Magiſter in procemio Apoteleſmatum cæteras Stel/ las in nos

Pici põ
Refutatio.

las in nos agere edocuit/cum fuerint iunctę luminibus: ſi enim cum Sole fuerit Mars in Cancro uel Leone. Eſtum accreſcit: ſin autem in Capricorno aut Aquario Hyemis frigiditatez remictit. Similiter & inter ſe ut ibidem aſſerit/ Mars enim Saturnū petens domicilione quopiam ſuo Saturnus Martem ſpectans Eſtum ip ſum mitigat. Si uero in ſigno igneo Saturnus a Marte aduentan te iritetur multam frigiditatem ſpargit. At in hyeme in ſigno fri gido Aeris frigiditatem ſoluit: hæc Ptolemæus in Procemio In narratiōe uero primo de Stellis reſpectu Solis inquit/ Stellæ i ſta tione prima prope modum ut Luna humentiores ſunt: in Acro/ nycho/calidiores/ab Acronycho ad ſecundam uſq; ſtationē are/ ſcunt: hinc ad occultationem uſq; frigidæ ſpectantur. Simili ra/ tione & inter ſe: hæc Ptolemæus in narratiōe: quibus figuræ Sex decangulæ inuentum patet. Et de poteſtate Angulorum figuræ huiuſmodi agendum eſt: ſunt igitur in figura huiuſmodi Angu li pleni: ſemipleni/ac ſemipleni dimidiati: uerbi cauſa i exemplo ſupraſcripto / Anguli pleni quatuor ſūt uidelicet primus Arietis gradus/primus Cancri gradus: primus Libræ gradus: primus Capricorni gradus. Et huius quidem cauſa eſt: quia de completo quadrangulo reſpiciunt ſe Stellæ etiam cū huiuſmodi Angulos tenuerint/plenas uires exercent. Semipleni uero Anguli ſūt Tau ri.xy.Leonis.xy.Scorpij.xy.atq; Aquarij.xy.ſunt enim primo rum laterum: quæ pleni Anguli terminant/dimidia: cum unum/ quodq; horum a ſuo integro diſtet partibus.45.quod eſt totius quadranguli dimidiū. ¶ Præterea inter ſe ſunt quadrāguli/& dia metri: eſt.xy.Tauri.xy.Leonis quadrangulus: decimoquinto ue ro Scorpij diameter: &.xy.Aquarij rurſus quadrāgulus. ¶ Præte rea.xy.Leonis eſt.xy.Scorpij quadrangulus.xy.uero Aquarij diameter: & etiam(ut dixi).xy. Tauri quadrangulus: hac ratione Stellæ cum hos tenuerint/quadrangulares uires exercet; ſed reſ/ pectu primorum medias: cum primorum locorum ſint dimidia. ſemipleni uero adhuc dimidiati cæteri omnes ſunt: ut Arietis. 22.& minuti.30.Gēminorum.7.& minuta.xxx. Cancri.xxii.& minuta.xxx.Virginis.yij.cum ſuis fractionibus: Libræ.xxii. Sa gictarij.yij.

De poteſtate Angulorum

gictarij.vij.Capricorni.xxij.& Piſcium.vij.cauſa uero eſt: quia ſecundorum laterum dimidia ſunt/habentq; iriter ſe figuram ordine quodam q̄drangulam. Verbi cauſa. Primus ad tertiū ſemper: Arietis enim.xxij.pars eſt Cancri.xxij.parti quadrangula: & Gĕminorum.vij.Virginis etiam.vij.quadrangula: & in cæteris ſimili ratione atq; ordine dicendum eſt: quæ ratio docet Stellas/cum hos angulos tenent/reſpectu primorum paruas exercere uires: cum non niſi ſemiplenas dimidiatas. Obſeruarūt uires huiuſmodi Medici (ut Ptolemæus meminit) Nā cum Luna primos angulos poſſidet in aliquo morbo acuto: naturales criticos excitat: cū uero tenet ſemiplenos ipſos angulos / excitat Luna indiciarios: cum ſemiplenos dimidiatos/excitat præliambulatorios/quos Vulgus intercidētes uocat. Simili ratione in aerijs mutationibus celeſtium rerum ſcriptores dies obſeruarunt. Verum in criticis diebus figuræ iniciū ea Cæli pars eſt: quā Luna tenet in uero ac naturali morbi principio. In aerijs mutationibus figuræ ſexdecangulæ iniciū ſemp eſt Sol: Siue ea Cæli pars ubicūq; cū Luna figuratus fuerit: hactenus de angulorum poteſtate: atq; prima enūciati parte. De ſcda uero dicamus. Nam in hoc noſtro ſub lunari mundo a ſtellis effectum duplicem proficiſci cernimus/ Alterum uniuerſalem/qui uniuerſalitate loci/temporis / & ſubiecti plura cōprehendit/ueluti. Diluuium. Peſtis/regionis deſtructio/regni mutatio/bellum/naufragium / ſecta/ & cætera id genus. Alterum uero particularem/qui particularitate loci/temporis/& perſonæ/cōtingit/ut Nipho fratris obitus: & id genus. Subordinantur autem effectus hic hac ratione / q; particularis in uniuerſali contineatur: non enim uniuerſalis effectus eſſe poteſt/quin particularem ſecū trahat/quæ ratio docet particularem effectum contingere poſſe/etiam ſi a ſui particulari conſtellificatione minime promictatur. Naufragium enim (ut Ptolemæus inquit) qui uniuerſalis effectus eſt / mortem multorum efficit/ quæ In genituris e cæleſti cauſa non promictebatur. Præterea alicuius Ciuitatis ſubmerſio uniuerſalis effectus eſt / quo omnes Ciuitatis homines pereunt: & non eſt rationi conſentaneum / ut ex geniturīs

ex genituris debuiſſent ex ſubmerſione Mori omnes : & in cęte/ris id genus ſimiliter/recte igitur in Enunciato dictum eſt. Stel/larum/luminumq́. Sexdecanguli/quos lumina Stellęue ipſę/ſuis motibus deſcribunt/eorum/quę in hoc/mundo fiunt/ & generationis/& corruptionis/cauſę uniuerſales ſunt / cũ Stellę motu agant & lumine/rationi conſentaneum eſt/ut motu agant & lu/mine configuratorijs: particularium uero effectuum cauſę/parti/culares rerum geniturę ſunt: quippe cum in illis Stellę particulariter collocentur. Verbi cauſa/genitura Niphi eſt is Stellarũ ſta/tus/qui tum eſt/cum Niphus primum in lucem ędicur: hic enim ita Niphi eſt/qđ non alterius. Natura uero ac proprietas effectuum hęc eſt/ut ſucceſſione perpetui ſint ſaltem ſecundum ſpeciem nunq̃ enim deeſt Homo/nunq̃ etiam deerit Peſtis / nunq̃ quoq; Strages: nunq̃. Diluuium/huius ergo uiciſſitudinarię reuolutionis (ut Ariſtotiles inquit) cauſa eſt Solis ac Stellarum diurnus motus: qui perpetuus & uniformis eſt. Verũ illud dubitatione dignum eſt: quoniam inter uniuerſales cauſas : eo Libro qui de noſtrarum calamitatum cauſis inſcribitur: enumerauimus Eclipſes: ac crinitas Stellas: quas nunc prętermiſimus. Fortaſſe dicen/dum has non iniuria prętermiſſas eſſe: ꝙ in hoc Libro ui figura/rum loquamur. Hactenus de cauſis effectuum.

ℭEnunciatum. II.

NOn eſt maxima Saturni ⁊ Jouis coniunctio ꝙ ſingulis octocẽtẽis annis in Arietis capite contingat. Nec mediocris/ꝙ ſingulis ducen/tenis In pꝛimo triangularitatis ſigno accidat/ nec minima ꝙ ſingulis viginti quouis in ſigno fiat: Sed vi ſigni atq; coniunctionis omnes equales. Atq; equipotentes habende ſunt.

BIBLIOTECA NA. ROMA VITTORIO EMANUELE

DEſcripta itaq; figura ſexdecim laterum/
quamq; ab Angulorum numero uerbo
ficto/& nouo/de licentia appellare placu
it Sexdecangulam hoc eſt.xyi. Angulo
rum. Nũc ad uſum illius tranſeamus ini
cio ſumpto ab ea/quam deſcribit planeta
leuis:ſiue uelox cum planeta graui/ſiue
tardo. Ante tamẽ q̃ ad uſum illius deſcri
ptionẽq; uenerimus/de cõiunctionibus
planetarum præſertim trium ſuperiorum dicendum eſt:ut intel-
ligatur/quis grauis/quiſue leuis planeta ſit. Nam licet Ptolemæ-
us Libro centum Enunciatorum enunciato .50. tradat plane-
tarum coniunctiones eſſe.119. Exceptis uidelicet cũiunctionibus
Solis & Lunæ/quas ubiq; uerbo proprio Synodos uocat / tamẽ
de illarum coniunctionum uiribus/& Sexdecangulis pauca ſcri
bit:ut fere per omnes ſuos libros perſpicuum eſt/quare cũ Pto-
lemæus Mathematicorum Princeps de ſtellarum coniunctioni
bus fere nihil ſcripſerit/cauſa fuit/ut nõnulli eum ſtellarum con
iunctionibus exiſtimauerint tribuiſſe nihil. Alij quoq;/ut dice-
rent eum coniunctionum rem pænitus ignoraſſe. Hac ratione
Albumaſar/quem magnum Aſtronomum omnes noſtrę ætatis
arbitrantur. Libꝝ de coniunctionibus conſcripſit:ubi ita prom
te de ipſis tradit/ac ſi eſſet mundo atq; ſtellis coæuus/uel Alter
Athlas. ❡ Sed quoniã non eſt iuſtum quempiam abſentem con
dẽnare. Ideo primo Quid de ſtellarum coniunctionibus ſenſe-
rũt Alij/inducemus. Poſtea quid Ptolemæus: ❡ Dixerunt igitur
ſtellarum coniunctiones eſſe duplices / Inferas/ ut Mercurij &
Veneris/ & Superas:quę ſũt Saturni Iouis & Martis. De Inferis
ſtellarum coniunctionibus poſtea:ſuperas etiam diuiſerunt : ſi
quidem alia eſt cõpoſita/ut trium ſuperiorum conuentus/ quem
Meſahalus/propter planętaꝝ concurrentium multitudinem con
iunctionem maximam appellat. Hæc ſecũdum Prophatij Hebręi
ſupputationes/cum partiliter conſideratur:ſingulis . 224 . annis
euenit/cum uero plactice obſeruatur . Contingit ſingulis annis
40. fere:

40.fere : partilis enim trium ſuperiorum coitus rarenter euenit/
plactica uero plerumq; . Saturnus enim & Iupiter ſingulis.xx.
Annis coniunguntur:ut in annis.xl.duæ ſint illorum coniun/
ctiones:conſtat autem Martem in eodem ſigno in his annis eſſe
aut omnino/aut prope . Quare fit/ ut ſingulis.xl.annis plactica
coniunctiones tres ſuperiores coniungantur ſemel. Huic obſer/
uatio ipſa aſtipulatur.Nam anno domini.M.ccc.xly.fuit eorum
cōiunctio.Anno auté.M.ccc.lxxxy.fuit alia:Alia quoq;.1425.
Quorum differentia ſunt anni.40 : ſecundum mediorum mo/
tuum regulam.Hæc de compoſita ſtellarum coniunctione ſcri/
bunt.De ſimplici autem etiam diſtingunt.Siquidem alia eſt Sa/
turni & Iouis.Alia Saturni & Martis.Vltima Iouis & Martis.
Quæ quidem eſt Saturni & Alia(ut dixerunt) magna eſt/utpo
te/quæ ſingulis.xxx.annis in Cancro fit.Hanc magnā fecerūt,
Tum quia eſt alijs rarior.Tum quia in Cancro uterq; infęlix eſt
ut Auerodam ſcribit . Quæ uero ſingulis tribus annis imperfe/
ctis contingit quouis in ſigno.Hæc & quia uelocior:& quia non
ſemper īfælices:parua dicitur.Que uero Iouis ac Martis eſt:par/
ua eſt omnis : contingit enim ſingulis tribus annis imperfectis
ſecundum mediorum motuū regulam:coniunctionem autem
Saturni ac Iouis:qui Albumaſarem ſettantur:diſſecarunt in tres
in aximam : inimam : & ediam : minimam aſſerunt eſſe quo
uis in ſigno ſingulis.xx.annis:mediocrem in primo triangula
ritatis ſigno ſingulis.240:maximam deniq; quæ ſingulis.960.
annis euenit in Arietis capite:maximam hanc fecerūt & quia eſt
maximorum planetarum/& quia eſt tardiſſima.Illam autem quo
uis in ſigno minimam:propter uelocitatem.Hac ratione mediam
illam aſſerunt/quia mediocriter tarda. Oriri autem has coniun/
ctiones autumant/quia minima duodecies ſumpta mediā facit:
Media autem quater ducta facit maximā. Dixerunt enim mini
mam fieri in.xx.annis ſemel:& ī una quaq; triangularitate duo
decies.xx.autem ſi in.xij.ducantur quo numero ī una triangu
laritate coniunctiones complentur : numerus excreſcens erunt.
240:triāgularitates autem ſignorum quatuor ſunt.In quarum
qualibet

qualibet.ccxl.annis mediæ coniunctiones complentur: modo.
ccxl.ducta in quatuor/qui numerus eſt Triãgularitatum/ erunt
anni.960.quo annorum numero redit coniunctio. Vnde cæpit.
ſ.ad caput Arietis. ¶ Sunt qui his addũt cõiunctionē quartam: Pō. Antiq.
quæ eſt maior minima/& minor media:fit enim ſingulis.60.an/
nis. Verbi cauſa/ſi in Capite Arietis fit coniunctio Saturni & Io
uis/poſt hanc (Vt dixerunt) annis.xx.fiet ſecunda in ſigno ab
Ariete.ix.ut in Sagictario. In ſecundis.xx.fit in.5.a Primo:& in
ix.a ſecundo.ſ. in Leone. In tertijs.xx.annis fit in Ariete/ergo fit
reditus huius in Arietem ſingulis.lx.annis. Hanc inter illas ma/
gni faciunt:eſt enim(Vt dicunt)Minima ipſa coniunctione ma
ior. Hæc antiqui dixerunt q Albumaſarē ſecuntur. ¶ Sed recens Correptio
coniunctionum obſeruatio corrigit Antiquam. Primo quo ad opinionis.
tempus minimarum coniunctionum/Albu. enim aſſeruit con/
iunctionem; quæ quouis in Signo fit ſingulis. xx. annis con/
tingere/quod falſum eſſe obſeruatio docet Auenaſræ cæterorũq;
cæleſtium rerum ſcriptorum/ compertum enim eſt Vnamquãq;
coniunctionem talem fieri quouis in Signo annis.xix.diebus fe
re.cccxiii. Vnde fit:ut ab annis cuiuſq; coniunctionis minuendi
ſint dies.lij.& horæ.iiij.quo fit:ut quæ contingit ſingulis.60.fi/
at ſingulis.lix.& diebus.ccix.quę ſingulis.ccxl.compleatur ſin
gulis.ccxxxviij.& diebus.ccxv.fere:quę ſingulis.960. cõtingat
ſingulis.953.diebus Fere.xci. quarę e qualibet coniunctionum
maxima anni ſeptem ſubtrahendi ſunt: & intellige ſi Saturnus/
ac Iupiter ĩ una Triãgularitate duodecies coeãt. ¶ Nec correctio
hæc rationi diſſona eſt:eſt enim unius. Hominis uita ſufficiēs ad
corrigēdam minimam harum coniunctionem: fit enim ſingulis
xx.annis/quos humana uita excellit. Hac ratione obſeruatio do
cuit ſingulas minimas coniunctiones/ quæ ſecundũ medios mo
tus ſupputatur/fieri non in.xx.annis præciſe/ Sed ut diximus in
xix.& diebus.cccxiij. Patet ĩgitur e qualibet minima ſemper mi/
nuendũ eſſe dies.lij.& horas.iiij. Quia uero unaqueq; minimarũ
coniunctionum fit ſingulis.xx.annis incompletis. Hac ratione
dixerunt ſingulas fieri in.xx. Sequamur ergo hunc modum/li/
cet (Vt

cet (Vt diximus) correctio ſit (Vt diximus). ¶ Præterea errauit Albu.ex eo:quia aſſerit Saturnū & Iouem in unaquaq; triangu/laritate coniungi duodecies/& interdum/tredecies.Hoc enim falſum eſt:obſeruatio enim Iuniorum docet in una triangularitate illos non poſſe niſi decies coniungi ſecūdum eorum medios motus.Qui enim obſeruarunt minimas coniunctiones ab āno Domini ad annos.m.ccccxc.Vſq; in unaquaq; triangularitate inuenerunt decem tātum factas eſſe:& quidem cum ſupradicta dimi/nutione.Signum autem;quia ſi in una triangularitate.xij.factæ eſſent:ab Adam in Diluuium anni fluxiſſent.2927.Vt patet cōiunctiones ipſas omnes ſupputanti:quæ ſi ab Adam uſq; ad eā; quæ in Cancro facta eſt/ſupputentur/quæ annis.287. Diluuiū præceſſit/numerus annorum excreſcens erunt anni.2927.At Albumaſar huius opinionis fauctor Baleni Venteni auctoritate ab Adam in Diluuium ſupputat annos.2226.dumtaxat.Cū igitur Album.ſibi ipſi non conſtet/ſit/ut in coniunctionum numero errauerit.Hinc patet unamquamq; mediam coniunctionem/quę fit in Primo triangularitatis Signo:npn in.ccxl.annis continge/re.Sed in.cc.diminuta tamen ſemper ęquatione (Vt dictum eſt) Decem enim ſi in.xx.ducātur / excreſcens annoꝝ numerus erūt.cc.Maxima uero:quę in Arietis capite cōtingit:non in.xdx.eue/nit.Sed ī.800.Nam.cc.quater ducta: ut numerus Trigonorum expoſcit:ſunt.800.ſemper æquatione (Vt dictum eſt) diminuta Hæc ſunt/quæ corrigenda erant.De ordine autem coniunctionū nulla inter eos eſt differentia.Nam cum eorum coniunctio in ali

De ordine coniunctionū.

quo Trigonorum cæpit:ſemper de.ix.ſigno in.ix.mutari reperitur:donec decies coiuerint:ita ut decima ſemper in eo ſigno colligatur:in quo primo coire cæperūt:Verbi cauſa. Si prima eorum coniunctio in Ariete ipſo cæperit:Secunda in Sagictario muta/ta reperietur.Tertia in Leone, Quarta in Ariete: in Sagictario. Quinta.Sexta in Leone.Septima in Ariete. Octaua in Sagicta/rio.Nona in Leone.Vltima in Ariete;hoc ergo pacto una fini/tur coniunctionū Triāgularitas. Secunda uero coniunctionum Triāgularitas: nō in.ix.ab Arietis ſigno incipiet. Sed in.x.ut in

Capricorno:

Capricorno:qui eſt.ix.a Tauro &.x.ab Ariete. Mutabitur autē in.ix.a Capricorno ut in Virginem:quæ ratio docet cōiunctio/num ordinem in eadem Triangularitate ſemper eſſe de.ix.ſigno in.ix.principium autem alterius Triāgularitatis ſemper eſſe in.x.ſignum ab eo:in quo fuit Vltima coniunctio prioris Triāgularitatis: ut ſupputanti omnes coniunctiones quæ fiunt ſecun/dum eoꝝ medios motus: patet. ¶Quæ uero de Orbibus ſcri/bant tranſigamus: Orbis itaq; eam habet ad coniunctionē quæ Diluuium præceſſit rationem:quam & profectio ad alicuius ge/nituræ aſcendens:ut ergo in profectione:quā Ptolemæus Chronon: ſiue peripaton appellat/eſt Signum profectionis/& domi/nus ſigni profectionis.Sic in Orbe eſt ſignum profectionis / & dominus Orbis:dicitur autem ſignū profectionis/ad quod tempus proficiſcitur(Verbi cauſa)Sic aſcendens Aries: ſecundi an/ni ſignum eſt Taurus:proficiſcitur enim tempus ad Taurū: eſt enim Taurus eam habens ſecūdo anno rationem ad genituram: quam habebat primo anno ad illam Aries:ſi quidem tanq̄ aſcendens in genitura ſecundo anno habetur.¶ Verū uero aſcendens genituræ primo anno dici poſſit ſignum profectionis primi an/ni/pulchrū eſt diſputare.¶ Veꝝ iuniores arbitrantur aſcendens genituræ eſſe ſignum profectionis primi anni:ſignum quod ſe/quitur aſcendens:eſſe ſecundum:& ſic reuoluūt:ſuccedens enim ſignum eſt ſignum profectionis ſecundi anni:quatenus Horo/ſcopationis uis ſecundo anno tranſit ad ipſum:habet enim ſe ad genituram/ut Horoſcopus: ſimili/ratiōe in Orbe/nam Signum coniūctionis:quæ Diluuiū pręceſſit:utpote Cancer: eſt Signum primi Orbis.Leo autem qui ſuccedit: eſt ſecūdi Orbis Signum: ſicq; deinceps ſecundum ſignorum ſucceſſionem uſq; ad finem ſeculi. Pręceſſit autem Diluuium coniunctio hæc: quæ fuit in Cancro ſecūdum Aomarum/quem omnes per Orbes Aſtrono/mantes ſectantur:annis.279. Secundum uero Album.quem po/ſtremi Mathematici comprobarunt:annis.287. Acceperunt au/tem Orbium principium a Cancro coniunctionis ſigno / nō ab ratione:per Diluuium enim quaſi nouus mundus factus eſt:Vt igitur rerum

De Orbibus.

Quæſtio pō. Iunio.

igitur rerum genitura:quæ non diu durant: a luminum coniunctione uel oppoſitione/quæ ipſam præcedit:inicium accipit.|Sic e coniunctione Saturni & Iouis facta in Cancro/quę Diluuium præceſſit:ex quo Mundus ipſe q̃ſi de nouo fiebat/mundus principium aſſumpſit:non enim Aliter coniunctio facta in Cancro noui mundi principium ac cauſa uidetur/q̃ coniunctio uel oppoſitio luminum cauſa eſt geniture. Hinc Orbium primum ſignum collocarunt in Cancro,In quo dixerunt coniunctionem factam eſſe/quaſi tocius/mundi principium:hactenus de Orbis ſigno.De quantitate uero Orbis agamus: eſt enim Orbis apud hos mutatio quædã(Vt ita dixerim)Vnius ſigni ĩ aliud:habet enim in ſuccedenti Orbe ſignũ ſequens ſemper eam uim / quam Cancer in primo/quippe cum ſequens ſemper uice præcedentis habeatur.Hæc autem mutatio non anno ſed annis.360.menſuratur:quo numero omnis circulus maximus deſcribitur:accõmodando cuilibet gradui annum.Qua ratione euenit: ut Orbis ſit tranſitus uirtutis præcedentis Signi in ſuccedens.360.ãnis menſuratus. ¶Huius rei cauſam aſſignãt Iuniores:qui Albumaſarẽ imitantur/ex eo:qa per obſeruationem ſe inueniſſe tradunt. Hominis annum eſſe durum.365.& cum uitam mundi Tricentecuplam Sexagintecuplam ad illam .Hominis/eſſe audierint. Mũdi annum ad Hominis annum.360.eſſe ſupputarũt. ¶De domino uero Orbis non parua apud Hõſce digladiatio eſt. Nam qui Alcabitij uerba ſuperficiem conſiderarunt/eum ſiue planetam/ ſiue Luminare dominum Orbis eſſe tradunt:qui ſigni dominus eſt. Et hac ratione aſſeruerunt primi Orbis dominam Lunã eſſe/quę in Cancro uim domicilij habet.Secundi uero Orbis.Solem/qui in Leone domicilij Iura poſſidet/ſicq; in cæteris eadem ratione. Albumaſar uero horum Comentorum fictor/primi Orbis dominum Saturnum conſtituit/quam opinionem ſectãtur/omnes qui uia Albumaſaris prædictiones çdunt. Poſtmodũ ſecũdum planetarum ſucceſſionem Iouem eſſe aſſerũt/ſiue in Signo ſuccedenti in profectione Iura uendicet/ſiue nõ:ſed ea ratione ſolum/ quia ordine planetarũ ſuccedit Saturno/pari autem ratione Martem tertij

Põ. Iunio.

tem Tertij orbis dominum. Quarti uero Solem. Quinti Venerem. Sexti Mercurium. Septimi deniq; orbis dominam Lunam eſſe opinantur: quibus completis Iura dominij ad Saturnum redeunt. Sicq; circulo unus poſt alterum: donec mundus eſſe deſinat. Sed qua ratione primi orbis dominum Saturnum effecerũt: non facile eſt definire. ¶ Quidã tamen nouorũ cometorũ ficto res: ante eam / quæ in Cancro: coniunctionem fuit / ſeptem e mundi ipſius ortu anteceſſiſſe orbes contendunt. Primum quidem in Sagittario ſigno: & illius orbis dominum Saturnum. Secundum autem in Capricorno: illiuſq; dominum Iouem. Tertium in Aquario / dominum illius Martem: in Piſcibus Quartum: & dominum Solem. In Ariete. Quintum / & dominam Venerem. Sextum in Tauro: & dominum Mercurium. Septimũ in Geminis / & dominam Lunam / quibus expletis / coniunctio Saturni & Iouis ſucceſſit in Cancro ante diluuium ſecundum Albumaſaris ſupputationem annis. 287. quæ diluuium (ut dicunt) ſignificauit. Et ab hac rurſus Alij orbes cæperunt. ſignorum initio ſumpto a Cancro: & dominorum Primo cõſtituto Saturno: quippe cum poſt Gẽminos / quod ultimum prioris mundi erat Cancer ſuccedat: & poſt Lunam in ordine planetaruȝ. Saturnus. Ob hanc rem primi orbis noui mundi ſignum Cancrum arbitrantur. Tum quia eſt ſignum eius coniunctionis / quæ nouum admodum mundum portendebat. Tum quia ordie ſignorum ſequitur Gẽminos: quod in priori mundo ſignum ultimũ erat. Quibus perſpicuum eſt apud hoſce ante eam coniunctionẽ: quę in Cancro facta eſt: annis. 2160. priorem mundum cepiſſe: tanto enim numero annorum ſex orbes deſcribi perſpicuũ eſt. ¶ Alij uero ratione admodum probabiliori Saturnum eſſe primum primi orbis dominum faciendum eſſe aſſerunt: quoniam eſt primus inter planetas. Nam ſicuti orbium ſucceſſio debet incipere eo a ſigno / In quo coninnctio deſignatur / quæ noui admodum mundi cauſa fuit: ita etiam ab eo planeta / qui naturali ordine eſt omnium primus. Quare fit: ut quemadmodũ ſignum primum nouorum orbium eſt Cancer / ita primus dominus Saturnus: & quoniam

cat/eſt perfectionis ſignum: ſin autem fiat perfectio a coniun/ctionis ſigno/eadem ratione fiat: niſi ꝙ proiectio numeri a con/iunctionis ſigno facienda eſt (Verbi cauſa) ſint anni Chriſti.1530. completi dieſq.xxij.e quibus ſubtrahantur anni.621.menſes.vi. dies.xiiij. quibus Sectam Mahometis Chriſtus præceſſit: & poſt ſubtractionem remanent anni.780.perfecti: menſes.vi.dies.viij. & hi ſunt anni: qui ab Arabum principio abierunt uſq ad Chriſti tempus/quos ſi diuiſeris per.xij.cum poſt diuiſionem nullus relinquatur annus perfectus. Sed menſes & dies: qui ſunt annus imperfectus/ſit ut annus perfectionis Arabum ad Geminos re/deat/uel Scorpiũ. ¶ Dubitant itaq utrum huiuſmodi perfectio orbis dicenda ſit: & Prima facie uidetur ꝙ ſic: cum fiat ſucceſſione ſignorum/quæ eſt circulus: ſunt qui has perfectiones orbes uocant/non tamen magnos/quoniam reuolutiones ſunt rerum mundialium/quarũ nulla mũdus eſt. ¶ Alij autem haſce nullo pacto orbes eſſe affirmãt. Primo quidem/quoniam orbis.360. annis deſcribitur: reuolutionum autem harum unaqueq anno dumtaxat continetur. Inſuper in orbe eſt ſignorum/& planetarũ ſucceſſio. In huiuſmodi uero perfectionibus/licet ſignorũ/non tamen planetarum ſucceſſio eſt: non enim dominium perfectionis ſucceſſione planetarum acquiritur: ſed auctoritate: quum planeta ille dominatum aſſumat: qui in ſigno perfectionis domicilij iura ſibi erogat. ¶ Sed digladiatio hæc in uerbis dũtaxat eſſe uidetur. Nam perfectiones ſiue orbes ſint: ſiue Chronocationes iiſdem regulis colliguntur: quibus & orbes: & propterea ad rem nihil refert. Illud unum tamen apud Albumaſareos exploratiſſimum eſt orbes eſſe perfectiones mũdi. ¶ Sed q̃ delira ſint huiuſmodi cõmenta exponamus: & Primo refellẽtes ea quæ de cõiunctionibus fingunt: quoniam ſi Saturni & Iouis coniunctio/quæ in Arietis capite fit. Maxima ſit habenda quæ uero in triangularitatis principio/media/at minima/quæ in unoquoq triangularitatis ſigno huiuſmodi eſſe nõ poſſunt/niſi quia prima eſt in maximo tempore. Tertia autem in minimo. Secunda deniq in medio. Aut quia Prima eſt in pollẽtiſſimo ſigno: & Tertia in minimo/

Dubitatio.

Prima reſp.

Secunda reſ.

Confutatio.

minimo/& Secunda in mediocri ſigno. Aut quia Maxima fit in Ariete cum maiore ſtellarum teſtificatione. Minima uero: cũ mi nima:& Mediocris cum mediocri ſtellarum teſtificatione:nõ quí dem propter temporum differentiam: quippe cum tempus neq; agens/neq; patiens ſit. Agẽs enim quod uel tardius agit. Vel ſeri us ad locum ſuæ actionis uenerit/nec maius / nec minus apud Philoſophantes habendum eſt. Nec quoq; ob ſignorum diffe rentiam. Ptolemæus enim omnium Mathematicorum princeps in libro Apoteleſmatũ docuit a ſigno cõiunctionis ſolũ genus ſubiectum, In quo ſignificationes ſuſcipiuntur, colligere. Nam ut Porphyrius inquit:nullus græcorũ Aſtronomorum e ſigno: in quo conſtellificatio contingit:colligendum eſſe aliud iubent: niſi ſubiectũ genus/& regionem. In quibus euentus futuri ſunt. Sin autem ui teſtium/ac conteſtium Altera altera maior:uel mi nor eſt:fit ut nec ui ſignorum: nec ui temporum ſit Altera alter maior:aut minor:unde Ptolemæus ſtellarum uires pollentiores ac maiores autumat: & propter poſituras/ quas in mundo opti nent:ut ſi in ſuis collocentur ſimilitudinibus/ſiue cõditionibus: aut in ꝓprijs iuriſdictionibus:aut ſi Oriẽtales: ſi celeres:& prop ter loca:quæ in Themate poſſident:ut ſi in cardinibus:ſi in ſuc cedentibus. Quare ſi ui conteſtium ſit Altera maior altera : fieri poterit:ut media interdum maxima/& minima aliqñ maxima/ & minima contingat:quando minima cum forti conteſtium ui, media cum imbecilli: maxima cum omnino debili uirtute con teſtium exoriatur:non igitur ab ratione in Enunciato diximus non eſſe maximam Saturni & Iouis coniunctionem ꝙ ſingulis 800. annis in Arietis capite contingat. Nec mediocris ꝙ ſingulis 200. In Primo Triãgularitatis ſigno accidat. Nec deniq; minima ꝙ ſingulis. xx. quouis in Triãgularitatis ſigno fiat. Sed ui ſigni/ temporumq; omnes æquales ſunt habendæ. Quippe cum Ptole mæus conſtellificationis pollentiam:& magnitudinem/non a ſi gnis/aut a temporibus. Sed a conteſtificationũ uiribus colligen dam eſſe monet. E ſignis enim euentuum genus aut regiones. In quibus euentus futuri ſunt:colligere docet. A tẽpore autem mo

ram : uel

ram:uel euentuum Inicium aſſignat.Quo fit:ut Enũciatum præſens non ſit aſſertum niſi ad mentem Ptolemæi:qui inter Mathematicos princeps eſt habendus.Cõmenta uero ea/ quæ Albumaſar finxit de orbibus:& Saturnijs reuolutionibus. Ptolemæicam Aſtronomiam non ſapiunt.Nec obſeruationibus ſunt conſona. Quippe cum humana uita:nec unius/nec plurium pro obſeruatione eorum ſufficiat. Præſertim cum effectus: qui poſt coniunctiones ſuccedũt:ab alijs cauſis:& quidem propinquioribus perfici poſſint:ut in Libris de Noſtrarum calamitatum cauſis diſputauimus:hac ratione eos prætermictamus.

¶Enunciatum. III.

COniunctio Saturni Martiſue / que ſingulis tricenis annis in Cancri capite ſuccedit / vt ſigni / atq; coniunctionis non eſt alijs maioꝛ quibuſuis in ſignis ſi contingerint.

ANtiqui ſapientes (ut Hali rodoam ijs cõmẽtarijs ſcripſit) quos ĩ Apoteleſmatibus Ptolemæi confecit. Saturni & Martis cõiunctionem:quæ in quauis Cancri parte cõtingit:magnam eſſe: & ponderoſam ualde arbitrati ſunt. Argumento uidelicet:ꝙ Cancer ſit Lunæ domicilium. Iouis uero exaltatio:cum enim duce maleficæ ſtellæ in eo ſigno coiuerint. Iouis & Lunæ beneficientiam omnem corrumpent/conuertentq; ad malum. Accedit ad hæc:quoniam Cancer eſt Martis caſus : quippe cum Mars in Capricorno exaltetur:eſtq; Saturni detrimentum: habet enim Saturnus in Capricorno domicilium / qui Cancro diametratur: ijs de cauſis Veteres huiuſmodi coniunctionẽ magnifecerunt. ¶Sed (ut mihi uidetur) hæc cometicia ſunt. Nã cũ Taurus ſit Veneris domus / Lunæq; exaltatio:quæ beneficæ ſtellæ ſunt,

læ ſunt.Sitq; Scorpio. In quo Mars domicilij rationem habet:
diameter.In eoq; Saturnus ipſe deiectus:cum Aquario quadrā
gulus ſit.In quo Saturnus iura domus retinet:fit: ut ijs rationi/
bus eiſdem Saturni Martiſq; coniunctio:quæ Tauro contingit:
magna ac ponderoſa ualde ſit habenda : quippe cum Saturnus
& Mars omnem Veneris & Lunæ beneficentiam corrumpant.
Sintq; in illo aut deiecti/aut offenſi.Simili pacto in Piſcibus Sa
turni.Martiſq; coniunctio pōderoſa:& magna cēſenda eſt:quip/
pe cum Piſcium ſignum Veneris exaltatio : & Iouis domicilium
ſit.Adhæc Ptolemæus magnus Apoteleſmatum magiſter nunq̄
a ſigno conſtellificationis magnitudinem colligere docuit/ſed ge
nus euentuum:aut regiones.Magnitudinem enim quam Ptole-
mæus plenitudinem uocat:e conteſtantium ſtellarum ui edocu/
it:recte ergo in Enunciato diximus : coniunctionem Saturni &
Martis:quæ ſingulis tricenis annis in Cancro ſuccedit:ui ſigni:
atq; coniunctionis non eſſe alijs mayoré.Quibus uis in ſignis ſi
contingerint.Quppe cum ui ſigni genus : aut regio:ui coniun/
ctorum affectiones denuncientur.

¶Enunciatum. IIII.

E Conuentu errantium ſtellarum omnium ſex/
decangulum nullum aſſignandum eſt.

POnamus coniunctionem omnium pla/
netarum in Piſcibus/quæ coniunctio/li/
cet pluribus ſeculis nō fuerit : eſſe tamen
poteſt. Vnde.1524.Februario menſe erit
Dubitatio. coniūctio omniū planetarum. ¶Et quæ
ritur. Vtrum e tali cōuentu omnium:eti/
am ſi partiliter in Piſcibus cōiuncti ſint:
Solutio. ſit Sexdecāgulus cōſtituendus. ¶Dicen/
dū iuſta Ptolemęi decreta nequaq̄.Quip
pecum leues:celereſq; ſtellæ a planeta graui tardoq;:nō unifor/
miter

miter diſiungantur:curſus quoq; ſuos inæqualibus temporibus peragrent. Quare in huiuſmodi conuentu grauiores tanq̃ coniunctionis partes ſunt habendi. Saturnus uidelicet & Iupiter ita ut ſit Saturni & Iouis dumtaxat coniunctio conſtituenda. Cæteræ ſtellæ / quæ idem ſignum poſſidebunt:non (ut coniunctionis partes) ſed ut conteſtes cōſiderandæ ſunt:& quoniam in huiuſmodi cōuentu:qui.1524.in Piſcibus uenturus eſt. Iupiter dominator eſt:cum in Piſcibus iura domicilij:& aliarū dignitatum habeat:ideo iuxta Iouis naturam (Vt Ptolemæus inquit) enunciandum eſt : non igitur Chryſtiani diluuium timeant eo anno, eoq; menſe. Immo potius de ſiccitate & uentorum afflactione eſt iudicandum propter Iouē/qui Vētorum / & ſiccitatis auctor eſt. Recte itaq; in Enuntiato diximus a cōuentu errantium ſtellarum omnium ſexdecangulum nullum eſſe aſſignandum:ita ut ſexdecanguli caput ſit omnium ſtellarum conuentus. Sed illiuſmodi ſexdecanguli caput a Saturno & Iouis cōſtituendum/qui in huiuſmodi concurſu maiores: grauiores:tardioreſq; ſunt. Cæteræ uero ſtellæ:quæ idem ſignum poſſidebunt. Tanq̃ conteſtes habendę. Cauſa autem eſt/quoniā uirtus maior:uniuerſaliorq; trahit ſemper ſecum minorem atq; particulariorem : quibus etiam perſpicuum e cōuentu trium maiorum:minime ſexdecangulum eſſe conſtituendum:eo uidelicet Argumento :q̄ non ex æquo a grauiori atq; tardiori diſiungantur.

Enunciatum. V.

Congreſſu alterius luminaris ſiue Lunę : ſiue Solis:quauis cum Alia Stella ſiue errantiū: ſiue non errantium:ſiue vna:ſiue pluribus nullum ſexdecangulum faciendum eſt.

LVminare cum Luminari bifariam ſe ha/
bere poteſt /aut per configurationem/aut
per abiunctionem :per configurationem
quidem /quando alterũ alteri fuerit cor
pore aut radio coniunctũ. Coniunctum
corpore dicitur:cũ ambo idem ſignum :
uel eãdem ſigni partem poſſident : radio
uero /quum fuerit alterum alteri aut de
ſexdecangulo : aut de ſexangulo /aut de
quadrangulo / aut de triangulo /aut de diametro configuratum:
per abiunctionem autem /cum alterum alteri nec corpore/nec ra
dio aliqua ratione fuerit configuratum : differunt autem Lumi/
naria coniuncta/& abiuncta in ſignificando.Nam Luminaria cõ
iuncta ſignificationes non eo die/nec ea hora/qua coniungunť/
portendunt.Sed pro tempore/quo leue ac uelox per angulos ſex
decangulæ figurę fertur:ut poſterius declarabimus. Abiũcta ue
ro præſentaneas ſignificationes habent pro ſigni natura / quod
poſſidẽt(Verbi cauſa)Sit Sol a Luna ipſa omnino abiunctus:
ſi in Ariete fuerit:humorem uernalem portendere incipit:in Ta
uro uernalem qualitatem auget : in Geminis mediam inter æſti/
uam/& uernalem facit:in Cancro æſtiuam mouere incipit : in
Leone æſtiuam firmat:in Virgine mediam ĩter auctumnalem: &
æſtiuam minatur.Simili ratione de auctumnali/& hiemali dicen
dum eſt.Luna etiam ſi fuerit a Sole omnino abiuncta/qualitates
aerias concitat pro natura ſigni/per quod peragrat. Nam ut Sol
per ſigna diſcurrendo quatuor anni tempora conſtituit:ita Luna
cum a Sole abiungitur/quatuor mẽſis tempora parit. Deinde ite
rum repetendum eſt/pro ſexdecanguli conſtitutione/duo per ne
ceſſaria eſſe.Primum(ut ſtellæ) quæ cum aliqua graui coniun/
guntur:non diſſimiliter diſiungantur.Hac ratione ſuperius dixi
mus a conuentu omnium/aut plurium errantium:cum una gra/
ui ſexdecangulum conficiendum eſſe nequaquã: propterea quia
leuiores a grauiori ſtella non æqualiter diſiunguntur.Secũdum
(ut coniunctio)quæ eſt ſexdecanguli caput:non præſentaneas/
ſed longinquas

ſed longinquas ſignificationes emoliatur. Nam quæ per coniunctionem ſignificabantur/ per eam ſtellam in lucem edentur/ quę per angulos ſexdecanguli proficiſcetur / quibus Enunciati ratio perſpicua eſt. Nam in congreſſu Luminaris cum alijs ſtellis: aut Luminare congrediens erit Alteri luminari coniunctum/ aut abiunctum. Si in congreſſu cum ſtellis alterum Luminare cũ altero fuerit coniunctum/ tunc in tali congreſſu Luminare cum Luminari coniunctum ſexdecangulum facit : non autem cum ſtellis. Quippe cum ſtellæ illæ conteſtes/ non partes in congreſſu habẽbuntur. Sin autem in huiuſmodi congreſſu Luminare cum Luminari nullam rationem habet/ ab huiuſmodi cõgreſſu minimẽ ſexdecangulus emergit/ quoniam Luminare a Luminari abiunctum / non futuras / ſed præſentaneas (& quidem ui ſigni) ſignificationes ominatur. Quare nec ſic ab huiuſmodi congreſſu ſexdecangulus conſtituendus. ijs rationibus Ptolemæus enumerans. Libro centum Enunciatorum coniunctiones omnium Planetarum/ non Luminarium cum ſtellis: ſed ſtellarum inter ſe enumerauit. Nam Luminare cum fuerit coniunctum ſtellis. Si ab altero Luminari abiunctum fuerit: non ui coniunctionis/ ſed ui ſigni præſentaneas ſignificationes emolitur. Et propterea Ptolemæus Proœmio Apoteleſmatum tradit Saturnum cum fuerit in Leone cum Sole facere æſtatem per id tempus/ quo ſimul coeũt: frigidam. Martem uero feruentem : Animaduertens non ad futuras/ ſed ad præſentaneas ſignificationes/ quas ominantur.

¶ Enunciatum. VI.

A Coniunctiõe Veneris atq; Mercurij inuicem nullus ſexdecangulus proficiſcitur.

Tres inferiorum ſtellarum bona ratione imbecilles ſunt, quippe cum in fere ſtelle aut ſemper ſub radijs combuſte, aut attrite ſint: cũ non longo interuallo e Sole ipſo diſtent, quando Mercurius a Sole nunq̃ uno

taneum eſt: poſtremo Ptolemæus ſtella non errante / quoties in coniunctionibus contigerit: ut teſte utitur: non autem ut coniunctionis parte. Quod & nos. Libro de Noſtrarum Calamitatū cauſis explicauimus.

Enuntiatum. VIII.

SExdecanguli errantium ſtellarum / qui obſeruatione digni ſunt / tres deſcribuntur / Saturni ⁊ Iouis ſingulis. 20. annis: Saturni ⁊ Martis ſingulis duobus ānis / menſibus circiter duobus / Iouis ⁊ Martis ſingulis duobus annis. menſibus fere quatuor: horum maximus quidem eſt Saturni ⁊ Iouis: minimus autem Iouis / ⁊ Martis / medius autem Saturni ⁊ Martis.

COniunctiones omnium ſtellarum (ut Ptolemæus inquit). 119. eſſe uidetur Simplices uero / quæ dignæ ſexdecangulatione uideri poſſunt. 10. diximus enim e cōpoſitis ipſis coniunctionibus ſexdecangulos proficiſci nō poſſe. Argumento uidelicet ꝙ à planeta graui cæteræ leuiores æqualiter non diſiungantur. Harum autem. 10. tres quidem ſexdecangulos efficiunt: coniunctio uidelicet Saturni & Iouis / coniunctio Saturni & Martis: & coniunctio Iouis & Martis. Quippe cum coniunctiones. Saturni & Veneris / atq; Saturni & Mercurij. Item & coniunctiones Iouis & Veneris / & Iouis & Mercurij: & rurſum coniunctiones Martis: & Veneris / & Martis & Mercurij: ſexdecangulos non faciant: cum enim uix in coniunctione aliquid poſſint: (ſunt enim adeo imbecillæ: ut illarum uires i ſexdecim angulos nequeant diffundere) fit ut ad præſentaneas res / aeriaſq; uim habeant / ad cæteras uero ſignificationes / quatenus in angulis cadūt ſuperiorum

ſuperiorum cõiunctionum/quæ illas promictebant. Quare cum 10. ſint ſimplices coniunctiones/e quibus ſexdecanguli proficiſci uiderentur:& ab illarum ſeptem imbecillitate coniunctorum ne/quaq̃ proficiſci poſſint:iure tres tantum eſſe uidentur/e quibus ſexdecãguli tres emanent: ut Saturni & Iouis ſingulis.xx.annis Saturni & Martis ſingulis duobus & menſibus fere duobus. Iouis & Martis ſingulis duobus & menſibus fere quatuor:& intelligo ſecundum regulam mediorum motuum. Secũdum enim ueros ſerius/ac celerius cõiungi poſſent. Horum pręterea ſexdecangulorũ uires inæquales ſunt. Siquidẽ e cõiunctiones inæquales ſunt. Nam coniunctio Saturni & Iouis præſtatu ſtellarum. Nec/non & temporis tarditate cæteris maior eſt habenda. Iouis autem & Martis ſtellarum magnitudine/atq; præſtantia cæteris minor. Media uero/quæ Saturni eſt & Martis/igitur coniunctiones:e quibus ſexdecanguli exoriuntur hæ & tot ſunt.

Enunciatum. IX.

Planeta leuis ſua celeritate angulos deſcribit: grauis vero ſua tarditate/figuram.

Leuis ſtella/ut ab Aſtrologis creditur/eſt quecunq; minore tempore ſuum circulũ deſcribit:grauis autem/quę maiore. Hac ratione fit ut Saturnus omnibus grauior ſit Iupiter uero poſt Saturnum. Mars poſt Iouem. Venus poſt martem. Mercurius poſt Venerẽ,omnibus autem lenior contra Mercurius eſt/poſt hunc, Venus/poſt Venerem. Mars/poſt Martem. Iupiter. Saturnus uero grauiſſimus. Figuram igitur ſexdecangulam ambę ſtellę/que in coniunctione ſunt/efficiunt/quia uero/quę celerior eſt/& leuior/ipſa moueri uidetur/ipſa quoq; & angulos deſcribere uidetur,quia uero quę tardior eſt/quaſi fixa/ac in mobilis cenſetur/& figuram claudere cenſebitur, recte

igitur

igitur dictum eſt in Enunciato grauem facere figuram:leuem autem ſua celeritate deſcribere angulos:quæ ſola moueri uidetur: quippe cum figura clauſione / angulatio uero motu cõſtet. Qua ratione fit:ut ſemper in figuræ deſcriptione grauis planeta/ut inmobilis punctus ſit habendus/ex quo latus eſt trahendum/leuis uero/ut pũctus fluens/qui in fine lateris angulum faciat. Verbi cauſa/ſit coniunctio Saturni & Iouis in Arietis parte.xv.conſtituto Saturno:ueluti pũcto inmobili:cum Iupiter diſtauerit a Saturno partibus.xxij.& Minutijs.xxx. Primum angulum deſcribet in huiuſmodi figura. Dico autẽ cum Iupiter diſtauerit a Saturno/quoniam Saturnus eſt qui/ut inmobilis punctus eſt habendus/non autem.xv.Arietis pars. In qua fuerunt coniuncti: ſemper enim Planeta/qui grauis eſt/in deſcriptione angulorum /ut figuræ totius inicium eſt ſpectãdum/& Planeta leuis/ut pũctus fluens habẽdus. Cum uero Iupiter a Saturno partibus.45.diſtauerit:angulum ſecũdum deſcribet:ſiue Saturnus fuerit:ubi erat: cum primum deſcripſiſſet:ſiue alibi:non enim huiuſmodi figura comparatione eius partis:quam in ſigno tenebant coitus tẽpore:deſcribenda eſt. Sed comparatione eius ſtellæ: quæ in coniunctiõe grauior eſt. Cũ uero Iupiter a Saturno diſtauerit partibus 67.& Minutijs.30.Saturno quouis loco conſtituto/angulũ tertium deſcribet. At cum Iupiter a Saturno diſtauerit partibus.xc. Saturno ubiuis loco conſtituto:angulum quartum facit. Simili ratione/& de cæteris dicendum eſt.

¶Enunciatum. X.

In maximo errantium ſexdecangulo angulus qui vniuerſe figure principio diametratur/ꝛ qui eidem quadrangulantur / obſeruatione digni ſunt:in mediocri vero/anguli:ꝛ qui in principio/ꝛ qui in diametro collocantur. At in minimo ſexdecangulo principium dumtaxat animaduertito.

ANgulus(ut poſtea diſſerendum eſt)mul
tifariã efficax eſſe poteſt . Vno modo ad
agendas ſignificationes ipſas. Alia ratiõe
ad actiones/quæ per cõiunctiones:ſigni/
ficatæ ſunt:edendum in lucem/ atq; pro/
mendum. Tertio ad genus earum ſignifi
cationum:quæ portenduntur/ conſtitu/
endum. Poſtremo ad genus ſignificatio/
num per ſpeciem contrahendum. Loqui/
mur autem nos de efficatia anguli ad ſignificationes agendas/de
cæteris autem ſuoloco diſſerendũ eſt. ¶ Anguli igitur qui in fi/
gura ad agẽdum efficaces ſunt/quatuor potiſſimum in maximo
errantiũ ſexdecãgulo obſeruandi ſunt. Angulus principij:huic
diameter/& eidem quadranguli dexter/ac ſiniſter. Cauſa autem:
qm̃ planete/qui ſexdecangulum faciunt:in uniuerſo quadrangũ
lari motu ad agẽdum pollentes ſunt. In mediocri uero errantium
ſexdecangulo pro agendi efficatia duo tantum ſpectandi ſunt:
Angulus principij/qui coniũctionis locus eſt/& huic diameter/
cauſa autem:qm̃ ſtellæ in huiuſmodi ueluti ſubduplæ ad pri/
mas habentur. At in minimo : principij angulum potiſſimum
Animaduertito:quippe cũ ſtellæ in eo:ueluti ſubduplæ ad ſtel/
las in mediocri cenſentur. Cæteri uero anguli non fruſtra ſunt:
quando alij utiles ſunt ad actiones/quæ ſignificatæ ſunt in con/
iunctione/publicãdas:promendaſq;. Alij ad ſignificationes/quę
prius in themate ſunt portentæ:augendas/aut inminuẽdas. Alij
uero alia ratione utiles/ut poſterius diſſerendũ eſt. ¶ Sed de agen
Quæſtio. di efficatia quæſtio nõ parua eſt . Vtrum cõiunctiones/e quibus
ſexdecanguli proficiſcuntur:poſſint ultra qualitates elementarias
aliquid agere. Aliquid ultra elementarias qualitates intelligo il/
lud/quod non eſt Calidum:nec Frigidum : nec Humidum/ nec
Siccũ huiuſmodi eſt elementorũ miſtura/ſiue(ut utar medicoꝝ
uerbis)complexio. Morbi uidelicet Peſtis:Febres/& id genus/bel
lum/ſecta/ſiue religio/& ut uno uerbo dixerim. Id omne/ cuius
forma non eſt elementaria qualitas. Q d igitur tales coniunctio/
nes/aliquid

nes/aliquid tale poſſint: obſeruationibus:auctoritatibus / ac ra/ tionibus probabile uidetur. Obſeruationibus quidē.Nā.1504. trium ſuperiorum coniunctio quæ:in Cancro fuit/grandes effe ctus effecit. Nā ab illa cōiunctione anno ſecundo Horridus Co meta ſucceſſit:cuius anno primo tanta fuit uredo ſecuta: ut a Ia nuario menſe in Nouembrem uſq; nulla prorſus pluuia in no/ ſtra regiōe uiſa fuerit.Immo extrema ſiccitas:quę uſq; in præſen tem annū.1510. Adhuc uiget.Anno e Comete tertio Maximilia/ nus Imperator cū innumerabili exercitu cōtra Gallos& Venetos in Italiam proficiſcitur: Viribus autē Maximiliani remiſſis/inter Ferdinandū/Catholicum. Iulium ſecundū/& Ludouicum octa uum Gallorum Regem/necnō & Maximilianus/ fœdus aduerſus Venetos cōcluditur/quod non diſſolutū eſt/quouſq; Veneti oia amiſerint/ſola Venetiarum urbe ſeruata.Anno e Comete quarto Iulius ſecūdus aduerſus Ferarienſium Principem ingētes copias parat: fuerunt q; plurima alia poſt Cometę apparitionē/ quę nūc omictimus.Illud unum dūtaxat acceptum eſſe uolumus Come ten e cōiunctione illa trium/quæ in Cancro contingit/profectā eſſe/que ratio docet.Cōiunctiones non modo elementarias qua/ litates portendere/uerū etiam plura alia / quæ ultra Elementarias qualitates ſunt ſignificare.Adhęc.1345. Martio menſe in ſecūdo Aquarij decano trium ſuperiorum etiam coniunctio cōtingit / e qua innumera mala ſucceſſiſſe legimus.Nam anno primo in Au ctumno magnę aeris mutationes euenerunt/ut Turbines pericu loſiſſimi.Pluuię ingentiſſimę ueluti Choriſtica diluuia congre gatę.Horridi nebulones/& cętera id genus. Anno uero ſecūdo a Cōiunctione uidelicet.1346.Auguſto menſe.26.die Prælium cō miſſum eſſe legimus inter Britanię:quæ nunc Anglia dicit':Re gem atq; Philippum Vualoem:in quo Philippus exuperatus eſt. Rex autem Boemię interfectus:cōplures etiam Galliæ primates partim capti:cęſiq;/partim interenti. Eodē quoq; anno Octobre menſe die.17.Aliud rurſum ingens bellum/ præliumq; inualuit prope Dimelimiam urbem inter Britanos Scotoſq;.In quo Sco/ torū Rex captus eſt.Scotięq; primates partim capti: partem cęſit interfectiq;.

interfectiq;. Anno uero tertio e coniunctione uidelicet.1347.ma gnapluribus in regionibus emerſit Inopia:atq; Annone caritas: ob quã eodem anno:atq; &t.4.e cõiunctione uidelicet.1348.dira Peſtis per uniuerſum fere orbem graſſata eſt : qualẽ nemo antea fuiſſe meminit. Inſuper anno.1496.die Ianuarij.16. ĩ tertio Piſciũ decano cõiunctio Saturni Martiſq; contigit:quæ crudelem mor bum per Vniuerſum effecit:quo & Sacri uiri:Reges:Pontifices: Principes:Cæteriq; cuiuſuis cõditionis Homines laborarunt. Et adhuc laborant:quem uulgus Gallicum Morbum uocat:ꝙ Ca roli.8.Gallorum Regis in Italiam aduentu:nobis innotuerit. Di co innotuerit:qm̃ Anno mũdi.2436.rurſum inualuiſſe affirmãt. Quod an uerũ fuerit:non affirmo: illud tamen nobis ſatis ſit ex ijs obſeruationibus demõſtraſſe:coniunctiones triũ ſuperiorum planetarum non modo ad elementarias qualitates uires diffunde re:uerum etiã ad ea:quæ ultra uires illarum longe progrediũtur.

¶ Auctoritate uero : quia Ptolemęus Mathematicorũ Princeps lib. Centũ enunciator Enunciato.l.(Inquit)Ne prętermiĉtas ſtel larum.119.cõiunctiones. In his.n.poſita eſt cognitio eorum:quę fiunt in mũdo:& generationis & corruptionis:per quæ demon ſtrat tales Planetarum cõiunctiones omnia:quæ in mundo fiũt: portendere:non tantũ elementarias qualitates. Rem hanc poſte riores rerum Cęleſtium ſcriptores ut Albumaſar. Meſſalus:gene ratimq; Hebrei &. Arabes:& Græci fere omnes hoc idem confir marunt. Quippe cum ex ijs omnia: quæ in mũdo fiunt:euenire affirmarint. Ratione uero:qm̃ quilibet Planeta ſolus:cũ alicuius con ſtellificationis dominus fuerit:portendit non tãtum: quę ad elementa:ſed etiã:quæ ad aĩum ſpectant. Saturnus quidẽ Męro res. Solicitudines. Terrores:& id genus. Iupiter Amicitiã:Pacẽ/ aĩ trãquilitatem:& id genus. Mars Rixas/Cõtẽtiones/Seditiões/ Iras/& id genus. ¶ Pręterea Planeta ſuos morbos portẽdit/cum in genitura morborum dominus eſt:quod ſi ſeorſum ſtella cõſti tuta aliquid ultra elementa portendat : ueluti corporis/fortunæ/ & animi bona atq; mala / iure coniunctę eo magis hæc eadem ſi gnificabunt/quo uidelicet cõiunctæ pollentiores fuerint ſe ipſis diſperſis.

diſperſis. ⁋Sed ſi hæc concedantur nũquid poſſint ad uniuerſales ipſos effectus/qui multos particulares intra ſe cõtinent/ut ad Religiones:ad Sectas:ad Regna/ad Regiones/ad Diluuia/& ad cætera id genus. ⁋Albumaſar/quẽ Petrus Aliacẽſis/& Arabes/atq; Iuniores omnes ſectantur cõiunctionibus triũ ſuperiorum omnes magnos effectus tribuunt/ueluti Sectas/Religiones/Regna/Diluuia/Peſtes/regionum depopulationes/ac mutationes. Probarunt autem rẽ hanc obſeruatiõibus/qm̃ nullum Regnum nullam Sectam/nullam Religionem:nullum Diluuium/nullam Peſtem nullamq; regiõis mutationem cœpiſſe aut eueniſſe hiſtoriæ tradunt:quin obſeruatis ſtellis/aliqua planetarum coniũctio præceſſerit:& cum auctoritate Ptolemæi exploratum ſit.cxix. cõiunctiones eſſe cauſas omnium eorũ:quæ in hoc mundo fiunt:& generationis:& corruptionis:iure omnia magna:quæ contingunt:e coniunctionibus huiuſmodi euenire Autumant. Q̃d autem effectus grandes:quicunq; fuerint. Nunq̃ in mundo contigerint:niſi coniunctionum aliquę præceſſerit:perſpicuum eſt: ſi principia omnium grandium recenſerimus:ut Regnorum. Diluuiorum. Sectarum. Bellorũ. Cæterorumq; id genus:quæ in hoc mundo exoriuntur:quæ cum recenſere:non ſit neceſſarium: id omne bona fronte prætermittimus. Illud tamen pro explorato colligunt nullum fuiſſe unq̃ bellum:aut Sectam: aut id genus: quin ſub aliqua coniunctionum triangularitate cœperit: contigeritq;. Sed an hæc uera ſint:tranſigamus. Nam hæc profanis:& bonis errandi cauſa eſſe poſſent:non enim rationi conſonum exiſtimo Chriſtianam religionem. Noeticum Diluuium mundi ortum:ac homnium primi originem e coniunctionibus huiuſmodi eueniſſe. Chryſtianam quidem religionem non:nam in illa ſupernaturalia quædam uiſa ſunt:quæ cum non naturæ ſubijciantur:minime ſtellis ſubeſſe uidentur. Diluuium uero Noeticum/minime:cum fuerit uniuerſale & regiõibus & animalibus:quod (ut Ptolemæus & Ariſtotiles tradiderunt) ſupra naturam eſt. Quanto autem hominum primo ipſa origo ſtellis ſubeſſe non poterit:cum ad ipſam creationẽ nequaq̃ poſſit natura decepit aũt ipſos:

ipſos differentia quæ eſt inter aliqd eſſe:cũ aliquo uel ſub aliquo & aliqd eſſe ab aliquo:fuit.n.Cæſar cũ Pompeo:qm̃ eodẽ tempore:non ãt a Pompeo. Tonitruũ aũt fuit ab extinctiõe ignis in nubibus:nõ aũt ſub extinctiõe. Religio itaq; Xp̃iana. Diluuium Noeticũ:mũdi origo:& Pria hominũ gñatio:ſub cõſtellificatiõibus uel cũ cõſtellificationibus fuerũt:q̃ſi ſecũ contẽporaneis: nõ ãt ab illis:ut a cauſis: cum nulla prorſus cõſtellificatio ſit:aut eſſe poſſit:quæ hæc facere poſſet. Errãt igit̃:qm̃ licet nullus ſit effectus:qn ſub aliq̃ fuerit cõiunctione: tanq̃ cũ ſuo contẽperaneo: tñ Religio:& Diluuiũ:& id genus nõ abhiſce ſunt ut a cauſis:ſed diuina ordinatiõe:qua res ſupranaturales emergunt: ſacta ſunt. ¶Sed illud reſtat q̃õe dignũ utrũ ꝯiũctiões eclipſibus pollẽtiores ſint. Albumaſar cõiunctiones maiorũ eclipſibus p̃fert. Argumẽto q̃ grandia euenta a ꝯiunctionibus ꝑficiſcant̃:uerũ Libro de noſtrarũ calamitatũ cauſis grãdes effectus ẽt eclipſibus ſub eſſe ꝓbauimus. Quare ex Ptolemæi decretis Vr̃ mihi ddm eclipſiũ efficaciã eẽ ui Luminũ maiorẽ:qñ Sol & Lũa q̃cq̃d agũt uirtute ꝓpriorũ Lumine agũt. Cæteræ ãt ſtellæ uirtute Solis:& Lunæ. Cõtigit tñ cõiunctionũ efficaciã per accidẽs maiorẽ eſſe uiribus eclipticis. Nã licet cõiunctio ui ſtellarũ:q̃ cõiunguntur:nõ ita efficax ſit:ut luti eclipſis:ui tñ Luminũ põt longe efficatior eſſe eclipſibus:q̃tenus nulla eſt cõiunctio:quin ipſi aliq̃ rõne Luminũ uires cõmiſtæ fuerit:aut cõfiguratiõe:aut cõiunctiõe:aut ſexdecangulatiõe: aut aliquo alio mõ. Inſup cõiũctiões tẽporis mora eclipſibus efficatiores ſũt:cũ effectus:quos coniunctiões efficiũt: quouſq; rurſum denuo planetæ cõiungant̃:ꝑdurent:Mora ãt maiorũ in eclipſibus tanto tp̃e nequaq̃ eſſe põt:eclipſis autem rigore agẽdi efficatiores ſunt. Quippe cũ effectus ſenſibiliores producant.

¶Enuntiatum. XI.

REgiones/quibus ſexdecãgulus ſignificationes ſuas portẽdit/ſunt/quecunq; ſigno cõuenerint quod in totius figure vt principiũ collocatur. Genus vero ſubiectũ illud eſt/cui idem ſignum preeſt: ſpẽs autem ⁊ ſignificationum qualitas ab altero

ab altero coniunctorum planetarum eſt/qui in ſigno plures rônes habet. Significationum deniq; Initium eſt/cum planeta leuis tanto interuallo a planeta graui diſtauerit quod eo primum Angulum figure effecerit.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

IN omni cælica ſiue ſignificatiōe:ſiue prædictione.iiij.ut Pto
lemæus inquit:ſunt cōſideranda.Locus ſiue regio. Vbi ſigni
ficatio portenditur.Quippe cum non omnibus in regionibus:
nec omnibus in Vrbibus euentus inſpiciatur ⁊qui portenditur.
Tempus etiam ipſius ſignificationis:hoc eſt : quando ſignifica/
tio ipſa incipit & quanta mora perduratura ſit. Genus ſubiectū:
ut ſi in.Hominibus:ſi in.Brutis:ſi in. Frugib9 euētus ipſi accide
rint.Demum & ſpecies ſignificationum:ac qualitas ut ſi bōę fue
rint ſignificationes:ſi malæ:ſi mediocres:ſi utiles:ſi hoſtiles:pro
loci igitur conſideratione oportet Mathematicum diligenti ratio
ne.Triangularitatē ſignorum obſeruare:In qua coniunctio ipſa
Stellarum cōtingit.Nam in regionibus:quæ cum illa triangula/
ritate concordauerint/effectus uidebuntur.Nam Ptolemæus Li/
bro Apoteleſmatum uniuerſam habitabilem Terrā . In quatuor
Quadrātes ſiue Triangularitates diſſecuit. Duxit enī ab ortu ter
ræ habitabilis in occaſum lineam:quæ graduum. 177 . & unius
quarti eſt:a Meridie autem in Septētrionem Alteram lineam pro
duxit:quę priorem interſecat graduum.lxiij.Primam quidē lon
gitudinis.Secundam uero latitudinis appellauit.Qua diuiſione
cōſtituta/quatuor derelinquuntur quadrantes. ℂQuoꝝ primū
ſubijci primæ triangularitati:quæ uidelicet Arietis.Leonis:ac Sa
gictarij eſt:gubernari uero a Ioue:ac Marte. ℂSecundū huic op
poſitum Tauro.Virgini.Capricorno: gubernari autem a Satur
no ac Venere. Tertiū Geminis.Libræ Aquario : e Saturno aūt ac
Mercurio regi. ℂQuartū.deniq; hic Diametrū.Cācro.Scorpio.
Piſcibus:a Marte uero ac Venere gubernari. Sunt igit̃ quadran
tes totius terræ habitabilis q̄tuor.Italicus.Indicus.Africus:atq;
Armenus.In ijs quidem regiones omnes collocantur:ſigniſq; tri
angularitatum ſubduntur:ueluti in ſupraſcripta figura ānotatas
cernere potes. ℂSed quā ob cauſam uniuerſam terram habitabi/
lem ſic Ptolemæus dimiſerit:curq; quadrātes ſic ſignorum trian/
gularitatibus diſtribuat:atq; cur regiones eo modo/quo in figu/
ra ānotatę ſunt:ſignis triāgularitatū abdicet. ℂHæc & plura alia
Libro de noſtrarum calamitatū cauſis diligenter dilucidauimus/

Qui igitur

Qui igitur locum:regionemq; in quibus ſignificationes accidãt: uult prædicere.Primo triangularitatem ſignoꝝ obſeruet.In qua Stellarum coniunctio facta eſt:ut ſi in Arietis triangularitate:ſignificationes uidebuntur in Italico quadrante:atq; in regionibus quæ in illo quadrante ſunt.Si in Tauri triangularitate.In q̃dran te iudico:atq; in regionibus:quæ in eo ſunt:ſicq; in cæteris dicẽdũ eſt. ℂSecundo Animaduertendũ eſt illud triangularitatis ſignum.In quo coniunctio ipſa accidit. Nam potiſſimum in ijs regionibus ſignificationes/ſpectabuntur: quæ cum ſigno cõiunctionario cõcordauerint.Hæc de loco.Subiectũ uero genus Ptolemæus uocat.Illud:in quo ſignificationes ipſæ recipientur (uerbi cauſa) Si in hominibus ſignificationes recipiẽtur. Homines ſubiectum genus dicetur.Si in ſacris:uel baſilicis: ſacra uel baſilica ſubiecta dicemus. Sin autem in aere.Aer eſt ſubiectũ genus. .2. Aiaduerte.

-Coniunctionarium ſignum illud dico : in quo coniunctio ipſa Stellarum fit:ut ſi Saturni:& Iouis coniunctio in Ariete fieret. Aries coniunctionariũ ſignum habendũ eſt.Si in Tauro. Taurus coniunctionarium ſignum eſt:erit igitur ſubiectum ſignificationum genus id omne:quod cum coniunctionario ſigno cõcordauerit.Vt uero intelligere dilucide poſſit unuſquiſq; quæ ſubiecta genera quibus ſignis cõcordauerint:quotuplicia ſigna ſint: aperiamus.ℂNam ſignorũ:ſiue ſiderum triplex eſt conſideratio a forma uidelicet:ſiue ab appellatione:a ſitu ſiue poſitura:ab inſita ui:ꝓprietateq; forma q̃dem ſpecieſq; ipſa iudicatur ab effigie: ac figura.Alia enim Auiũ:ut Cygni.Alia quadrupedum:ut Pegaſi.Alia ab appellatiõe ipſa:hominis naturam ſimulat:ut Caſiope.Alia reptilium(ut Anguis.Alia Piſcium)ut Piſtricis.Rurſus quædam ſunt humani Artificij(ut Chrateris:Aræ.Nauis: quædam naturæ ipſius tantum)ut Eridiani:quædam etiam miſtę: ut Serpentarij.Quippe cum ex hominis ſpecię:& Serpentis conſtet.Quorum etiam duplex eſt genus.Nam aut Animaliũ ſunt: aut Inanimalium:ut Arietis:& Sagittæ:& Animalia quidẽ ipſa partim ex ratiõalibus:ut Gemini:partĩ ex Irratiõalibus : ut Taurus:& Cancer:& rationalium quidem ſiderũ:quæ uidelicet Hoīs appellatione

appellatione deſignantur:nulla eſt ulterius ſectio.Pręterq̃ ubi mi ſta figurãtur:ut Sagictarius:& Auriga.Hęc de forma. ℂ Nũc de poſitura tranſigamus.Situs itaq; ipſe uel ſignorum poſitura par tim per mediũ obliqui circuli deſignatur:unde & Signifer a no ſtris dictum eſt:a Gręcis Zodiacus:propter Animalium: quæ ĩ illo traduntur:configurationes.Igitur ſignorum quędam in me dio Zodiaci collocãtur:quædam Auſtrina meridionaliaq;. Alia Borealia atq; Septẽtrionalia Gẽmini.Cãcer:& Leo.Borealia ſigna ſunt:quoniam in Septẽtrionẽ aſſurgunt.Sagictarius. Capricor/ nus:& Aquarius.Meridionalia:q? in meridiẽ declinẽt. Cętera ãt media:ſeu dubia.De inſita proprietate dicamus poſt hęc. Nã ab inſita ui.Quædam ſunt terrena.Alia aquatica.Alia fixa.Alia mo bilia.Alia recta.Alia obliqua.Alia tropica.Alia ęquinoctia:itẽq; Alia alterius:atq; alterius naturę:ut.Lib.Eruditionũ expoſuim?. Vlterius euentus:quos ſtellæ portẽdunt diſtinguamus.Nã per talem diuiſionem cognoſcere poterimus q̃litatem ſignificationũ (ut ſuo loco differendũ eſt)Res itaq; humanæ:in quibus euen/ ta contingunt:triplici bonorũ genere habentur.Aut enim in bo/ nis enumerãtur Corporis:aut Fortunę:aut Animi:ſũt Corporis bona Sanitas.Robur,ac ſenſuũ uigor:queq; ijs cõtraria in malis. Fortunæ bona ſunt externa cuncta.Sed bonorum fortunæ.Alia quidem ſtabilia ſunt:ac permanentia:neq; enim loco mutãtur:ut Predia:fundi:quoq; nõnulla ruſtica:quædam urbana. Alia mo/ bilia:quæq; aut ipſa mouent ſe:ut Armenta:aut ab ipſis homini/ bus mouentur:ut Pecuniæ Merces.Ornamẽta:quæq; Supellecti lia compręhenduntur.Alia ingenio:actionibuſq; exercentur: ut Artes.Magiſtratus munera: ſiue ruſtica:ſiue urbana: ſiue milita ria:eaq; aut Terreſtria:aut Naualia ſunt:tamẽ actiones quædã ni ſi eaſdem maluerimus contemplationes uocare: in quibus aut:lo ci nihil:aut parum fortunæ relinquitur.Ijs declaratis: pro euen/ tuũ genere ut nõnulli ex Ptolemæi decretis tradunt coniunctio/ narium ipſum ſignum.In quo coniunctio facta eſt.Primo inſpi ciendũ:deinde ſignum.In quo is planeta eſt: qui in coniunctio/ nario ſigno dominationis partem aſſumit.Nam ſubiecta genera euentuum

euentuum erunt:quæ per ſigna hæc repſentantur:ſi enim huma/
na ſigna fuerint. In hominibus porteta uidebuntur/ſi in ferinis
in feris:& in cæteris id genus:ſimili ratione.Speciatim uero mul
tifariã regula colligitur. ℭEt primo ab effigie.Nã ſi coniunctio
in ſigno humanæ ſpeciei figurã referente contigerit:in ipſis hoĩ/
bus effectus ſuos molietur.Sunt aũt huiuſmodi Gemini.Virgo
Libra.Aquarius.Sagittarijq; ſecunda media pars. Si aũt in feri/
no:in ipſis feris ſubiectis euentus cõtinget. ℭSecũdo aũt ab ip/
ſa poſitura:quoniam ſi cõiunctio ipſa ijs acciderit ſignis/quę ad
Septẽtrionem aſſurgunt:terræ quidem repẽtinos motus:& Sep/
tentrionalibus/ſin aũt ijs:quæ ad meridiem declinãt:improcriſas
Aeris fluctuationes:& regionibus meridionalibus potiſſimum
portendent.ℭTercio ab ipſa in ſita ui Idiotropiaue: q̃m ſi cõiun
ctio ipſa in tropicis atq; æquinoctialibus euẽit ſignis:generatim
quidem circa Aeris ſtatus:ſuiſq; ẽt temporibus effectus deſignat.
Speciatim uero:in his/quæ e terra ipſa gignuntur:&.n.in ęqui/
noctij Verni ſigno conſtituta frigiferaꝝ arboꝝ nocumenta de/
nunciat:ut Vuis:Fici:arbuſtularũq; tunc pubeſcentiũ:in ſigno ãt
ęſtiui tropici:dãna ãnuoꝝ quidem fructuũ: & in colligendo: &
in condendo:particulatim tñ in ęgypto cã inundationis Nili.At
in auctũnalis ęquinoctij ſigno collocata:ſementi fœniſecijſq; ma
le ominatur:& alijs Item eiuſmodi.Vbi aũt in Hiberni tropici ſi/
gno:in holeribus:rebuſq; hortenſibus per id tempus cõmigran/
tibus Auium:ſeu Piſcium generibus:qn ẽt ęquinoctialia ſigna:
in Sacerdotibus: ac Deoꝝ cerimonijs ſignificationem habent:in
Solſticialibus.In ijs:quę ad aeris mutationes ciuiliumq; morum
ſpectant.At fixa:in fundamẽtis:ędificijs:bicorporea : In ijs:quę
ad ſubiectos:ac reges pertinent:hoꝝ cauſa eſt : q̃m ſimilia facile
ſimilibus conueniunt:ſimulq; conſciliantur.Itemq; ſubiecta do/
minantibus:inferiora ſuperioribus lege etiam naturæ cedunt:ce
dendoq; obtemperant: Illorumq; famulantur imperijs(ut Plato
inquit)Hæc igitur/quæ iſti dicunt:ſi obſeruationibus fuerint ꝓ
bata:nõ ſunt deneganda.Ptolemæus tñ in huiuſmodi coniun/
ctionibus:nullum aliud ſignum:niſi coniunctionarium conſide
randum

randum eſſe Iubet:nec alios planetas præter eos : qui in coniun/ ctione ſunt.Lib.ení centũ Enunciatorũ Enũciato.63.inquit:cũ Saturnus Iuppiterq; cõiunguntur:uter eorum ſublimior fit:u i de/ ac iuſta illius naturam pronũciato. Ecce q̃ Ptolemęus nullos alios planetas conſiderandos eſſe præcipit. Præter eos:qui in cõiunctione ſunt.Quare nec ſigna inſpicienda ſunt eorum planetarũ. Qui in coniunctionario ſigno dominationis partem aſſumunt. Alioquin tantus uir diminutus eſſet:erit igitur pro cognitiõe locorum:ac regionum.Necnon & ſubiectorum genez: quibus cõ/ iunctio ſuas ſignificationes molitur:conſiderandum cõiunctio/ narium ipſum ſignum primo:deinde ſigna:quæ illius triangula ſunt in eodem quadrante.Nam ijs regionibus/ijs ſubiectis generibus ſignificationes portendentur:quæ cum illis ſignis dũtaxat cõcordauerint/ac ſubijcientur. Si autem opinio ea:quæ paulo ante dicta eſt:obſeruationibus probata eſt.Non erit malum:ea quę dicit eſſe Animaduertenda.Animaduertere: cum Aſtronomica. Apoteleſmata potius obſeruationibus:q̃ rationibus cõſtent. Hactenus de genere.Pro ſpecie uero:ac euentuũ qualitate obſeruanda eſt Idiotropia proprietaſq; Oecodeſpotis partis uidelicet cõiũctionariæ eſt autem pars coniunctionaria gradus ſigni:quẽ coniunctio partiliter tenet. Oecodeſpotes uero eſt ille cõiunctorum planetaz:qui in ea particula ſublimior eſt:ac polletior : diximus planetarũ.Nõ.n.luminaria eſſe pñt Oecodeſpodes. Quippe cũ domini totius non dignentur particularia dominia ſortiri ut Maternus inquit:ſunt Sol:& Luna totius Cæli domini:effectriceſq; uniuerſalis cauſæ.Quare oportet Oecodeſpotẽ eſſe aliquẽ planetarum:dixi etiam in parte coniunctionaria.Non.n.perfecta coniunctio dicitur:niſi partilis fuerit.Hoc eſt niſi ſit per gradũ:dixi etiam planetaz coniunctorum: quoniã ſecundum Ptolemęum Oecodeſpotes eſt alter planeta eorum:qui partiliter cõiungunt: eſt enim cõiunctio Cæleſtis(ut ita dixerim)miſtura quædã ſtel/ larum.Quare quemadmodum in elementario miſto ea q̃litas prędominatur:e qua ſpẽs miſtum ipſum accipit:& e contrario ea q̃/ litas:e qua miſtum ſpẽm ſumit:eſt totius miſcellę domina:ita in

planętarum

planetarum coniunctione ea coniunctarum ſtellarum tocius cō⁄
iunctionis domina erit: quæ toti coniunctioni prædominatur.
Quare pro qualitate ac Idiotrepia ſtellę dn̄atricis earum uidelicet
quæ in coniunctione ſunt:erit ſpēs:& qualitas ſignificationū col
ligenda. Cum enim Idiotropia dn̄atricis ſtellę ut qualitas prędo
minans in coniunctione ſe habeat:uim tocius cōiunctionis ſibi
ſubijciet:ac ſpēm generi:& qualitatem quātitatemq; dabit. Recep
to igitur genere a cōiunctionario ipſo ſigno:ſpēm & qualitatem
ſignificationibus Oecodeſpotes coniunctionis ſubminiſtrabit.
Erit autem Oęcodeſpotes planeta:qui ex coniunctis in particula
cōiunctionaria ſublimior eſt. Eſt uero ſublimior:qui in illa plu⁄
res rationes habet:rationes autem in propoſito.iiij.ſunt. Domici
liū. Triangularitas ſiue triplicitas. Fines qui & termini dicūtur.
Altitudo ſiue exaltatio. de quibus Libro eruditionum ſatis. Quí
igitur ex coniunctis:in particula coniunctionaria plures harum
rationū habuerit:is Oecodeſpotes:hoc eſt dominator habendus
eſt. Verbi cauſa. Habeat Saturnus in particula ꝯiunctionaria do
micilium:triangularitatēq;. Iupiter uero tres:finem uidelicet tri⁄
angularitatem:ac altitudinē. Iupiter dominator erit. Q đ ſi ambo
æquales totidemq; habuerint. Ille obſeruādus eſt: qui celerius re
uolutionem ſuam complet:quiq; leuior dicitur. Quippe cū pla⁄
neta leuior particularior eſſe uidetur:ac magis ſpecificans aut for
taſſe Ille dominator erit:qui eſt in Apice ſui epicicli. Verū de ijs.
lib. Eruditiōum : ac de noſtrarum Calamitatum cauſis ſatis abū⁄
de dictū eſt. Docuit autem Ptolemęus regulam huiuſmodi:cum
inquit:cum Saturnus Iupiterq; coniunguntur:uter eorum ſubli
mior ſit:uide:ac iuſta illius naturam pronunciato:idem in Cæte
ris ſtellis facito:ubi per ſublimiorem:non eum:qui eſt in Apice
epicicli(Vt hali exponit)Ptolemęus intelligit. Sed eum:qui plu
res rationes habet in particula coniunctionaria:nullibi enim Pto
lemæus ad ſublimitatem loci Animaduertendum eſſe iubet:pro
planetarum iuriſdictiōibus:ut ijs patet:qui legerūt. Libros eius:
forſan.n.cum ambo de paritate certant:ſublimitas loci cōſideran
da eſt:cū enim de paritate dominationis planetæ:q coniungūtur.
certant:

certant:conſideranda eſt forte leuitas planetæ:aut ſublimitas loci
aut diſparitas dignitatum in quali.Nam ſi dignitates fuerint nu
mero æquales:poterũt eſſe qualitate ac uirtute inæquales. Dom9
enim pfertur triplicitati:& exaltatio finibus:uerum de iĳs in Eru/
ditionibus:de Idiotropĳs uero ac qualitatibus quinq; ſtellarum
abũde diximus in .Lib.de Noſtrarũ Calamitatum cauſis : qui de
eclipſibus eſt:de Inicio uero ſignificationum:agamus:non enim
eo ipſo ſignificationes incipiunt:quo cõiunctio eſt:niſi ad Aeris
mutationes ſpectauerint. Cauſa autem: quoniã Agens naturale
prius diſponit:deinde agit:niſi ĩ mutationibus Aereis:pro qbus
ſemper elemẽta ſunt bene diſpoſita:ſaltem pro illarum inicio.Do
cet autem obſeruatio in Luminaribus coniunctionibus : hoc eſt
in Solis:ac Lunæ Synodis:ſignificationes incipere:cum Luna an
gulum mutauerit:quare idem obſeruandum & in cæteris. Quip
pe cum Ptolemæus ex effectibus Luminum nactus ſit cęterarum
ſtellarum effectus:ut.lib.eruditionum ſatis explicatũ ẽ: erit itaq;
principium ſignificationum:quæ portenduntur. Tunc cum pla
neta leuis:eorum qui in coniunctiõe erant a graui.xxĳ.partibus
minutis.30.diſtauerit:quo interuallo primum angulũ facit.Ver
bi cauſa. Sit cõiũctio Saturni & Iouis in prima Arietis parte:tũc
ſignificationes:quas hæc coniunctio ſignificat:apparere incipiẽt
cum Iupiter a Saturno.xxĳ.partibus.Minutĳſq;.30.diſtãdo an/
gulum primum efficit in figura.xyi.angulorum. Hæc ſunt Pto/
lemæice tradita.Sed quæ alĳ ſentiant:nõ erit malum tranſigere.
Nam dilucidatio ueritatis in cõtrariorum iuſta poſitione ſita eſt.
De loco itaq; tradunt nõnulli effectus cõiunctionis: cum eueniẽ
coniunctio quouis in ſigno:ubiq; eſſe ſignificandos . Nam cum
cõiunctio ſtellarum ſit uis maxima:Videtur ubiq; ſignificatiões
ſuas moliri:licet non ſimul.Obſeruauimus enim morbum Gal/
licum:qui a ſtellarũ coniunctione ſignificatus eſt:non Vnam re
gionem:ſed omnem:nec Vnũ genus Hominum: ſed omnes ho
mines affeciſſe. Vexauit eni Italos . Græcos.Germanos.Gallos
Hiſpanos.Thraces.Scythas:Turcas.Ethiopes:atq; omnium ho
minum genera.Regioneſq; oẽs.Itemq; Religioſos.Põtifices.Re
ges:Medicos

ges.Medicos.Philoſophos.Iureconſultos.Diuites.Pauperes:& omnes quoſuis:cuius cauſam Aſtronomi aſſignarunt: ex eo qa talis morbus:ex coniunctionibus fuit portentus:q̃ coniunctiones ubiq; ſignificāt effectus ſuos. Adhuc Inmutationibus aeris cernimus coniunctiones ominari eas indifferenter:non autē certis:ac ſtatutis regiōibus. ¶Quā poſitionem Porphyrius in Iſagogis Apoteleſmatum Ptolemæi olfacere uidetur:cum inquit cōiunctiones ſignificare: non ut eclipſes: quæ non ſignificant:niſi regiōibus:quibus apparent. ¶Alij uero refellūt pōem hanc ex eo:quia ſignificatio loci nō poteſt eſſe niſi e loco coniunctionis: ac nulla cōiunctio omnibus ſignis accidit: quare nec ſignificatio omnibus in regionibus.Quippe cum ſignum unumqd'q; ſuas habeat regiones.Propter hæc tradunt totius mūdi regiones Septem eſſe:quas græci Climata appellāt.Quorum primū Saturno atq; illius ſignis:quæ ſūt Capricornus:& Aquarius. Quēadmodum enim Saturnus primum inter planetas optinet locū: ſic primum clima inter climata ſibi uendicat. Eadem ratione ſecundū Ioui atq; Iouis ſignis Sagictario atq; Piſcibus.Quippe cum eam rationem ad.vij.ſtellas Iupiter habeat: quam clima ſecūdum ad primum:ſicq; conſequēter ſuo ordini alijs planetis atq; illorum ſignis diſtribuenda ſunt.Tunc dicunt cōiunctiones ea in regione ſiue climate ſignificationes ſuas ominari:quod tenet ſignum In quo facta eſt:diffunduntur autem coniunctionum ſignificationes contagione quadam(ut ita dixerim) ad ea climata:quę tenent ſigna:quæ coniunctionario ſigno quadrangulantur: ac diametrantur:& propterea coniunctio omnis quodāmodo ubiq; effectus ſuos portendit.¶Hæc poſitio ſi obſeruatiōibus eſt probata:non eſt contēnenda.Ptolemæus tamen qui Mathematicorum Princeps:regiones non per Climatum partitionem ſignis diſtribuit:ſed per triangularitates.Alij uero uidentes coniunctiones ſignificationes ſuas ubiq; fere ominari: amplificant hoc pacto: ut loca ea omnia ſint:quæ ſigno cōiunctionario:& ſignis: quæ coniunctionario ſigno ſunt triangula in eodem quadrante:& ſexangula:& quadrangula:& diametra:concordant. Hæc ſunt quæ de loco digna

loco digna lectione cōperimus.Illud tamen.Animaduertendum me in Libra Cometam & eclipſim Solis obſeruaſſe:quæ in Italia effectus effecerunt:& tamen Italia Libræ non concordat:nec per Climatum particionem:nec per terræ quadrationem: ſed ſolum ex eo:quia Italia concordat Leoni per ſexangulationē.Quare aut dicendum Ptolemæi regulas eſſe affirmatiuas.Nam ualet eſt Sa/turni & Iouis coniunctio in/A/ſigno:igitur portendit omnibus regionibus:quæ concordant ipſi/A/ſigno.Adhuc & illis triāgulis:potiſſimum ijs:quæ cum/A/concordant : negatiue autē non ualet:coniunctio non eſt in/B/ſigno:igitur non portendit regionibus:quæ concordant cum ipſo/B/ſigno:nō enim ualet:qm̄ poteſt portendere contagione quadam:quæ oriri poteſt ex eo:quia Aliæ regiones ſubijciuntur ſignis colligatis ſigno coniunctionario:aut per triangulum:aut diametrum:aut quadrangulum:aut ſexangulum:aut alijs rationibus : quæ a Ptolemæo nondū erant obſeruatæ.¶De genere uero ſubiecto.Aſtronomi q poſt Ptole/mæi tempora ſcripſerunt:genus ſignificationum cum ſpē ac qualitate miſcuerunt:unde Meſalla inquit quælibet coniunctio ma/gna in Igneo ipſo ſigno Vredinem:& ſeminum pernitiē : atq; famem portēdit.In Aereo uero uredinem:uentoꝝ multitudinem: atq; infelicitatem.In terreo:modo fixum fuerit:gelicidia.Niues: ac frigoris magnitudinem.In aqueo:pluuias:atq; Peſtem.In humano autem ſigno:modo ſtellæ quæ coniunguntur:male affici/antur:Morbos portendit in hominibus.In ferinis uero:in feris: ſicq; in cæteris ſignis ſemper in ſuis ſimilibus ſignificatiōes emolietur.Q d ſi in ſigno maſculino cōiunctio male afficietur : maſ/culorum animalium Morbos portendet.In Fœminino uero : fæmininorum animalium.Adhæc ait:coniunctio Veneris ac Mer/curij ſi in aliquo Cardinum annuæ reuolutionis mundi contigerit:eo anno rixas:contentiones:bella portendit:quæ tam diu perdurabunt:q̄ diu iterum coniungentur.Coniunctio uero Satur/ni & Iouis:cum fuerit in aliquo Cardinum Annuæ mundi reuolutionis:potiſſimum in Culmine. Prophetam:ac noui Regis acceſſum denunciare tradit.Q d ſi ſignum cōiunctionis bene af/

fectum

fectum fuerit:dominuſq; illius etiam:portendit Regem uel Pro
phetam:qui uẽturus eſt:uincere:ac feliciter dominari. Contra ãt
ſi male afficiantur:eius cedem ac deſtructionem nũciat. Additq;
magnam coniunctionem pro qualitate ſigni portendere. Nam fi
xum ſignificationum perſeuerantiam. Mobile mobilitatem. Me-
diocre uero. Mediocritatem dabit. Hæc Meſſala de genere: q̃q̃ ge
neri ſpẽm & q̃litates miſcet. Quare nolo te ignorarẽ cęteros Aſtro
nomos ex obſeruationibus ſubiecta genera. In quibus euẽtus fu
turi ſunt. Aliter q̃ Ptolemæum obſeruaſſe. Nam humana ſigna
(Vt ex obſeruationibus ſe inueniſſe aſſerunt)non modo homi-
nibus. Verum etiã brutis:& Aerijs:& cæteris id genus portẽdere
arbitrantur. Ferina quoq; ſimiliter feris:& hominibus:quorum
traditionem cæpimus ambigere: obſeruauimus enim in Cancro
ſigno non humano coniunctionem trium ſuperiorum:tempore
quo nec aliquis planeta in ſigno humano erat: & tamẽ illius por
tenta in hominibus:atq; in Italia locum habuiſſe:& nos & alij ui
derunt:ut bellum aduerſus Venetos atq; Gallos per Maximilia-
num Imperatorem. Poſtea aduerſus Gallos per Iulium.ij. Vene-
tos:atq; Ferdinandũ Catholicum confederatos. Deinde Schiſma
contra Iulium motum eſſe obſeruauimus:quæ oĩa ſequi uidẽtur
eam trium ſuperiorum cõiunctionem:quæ in Cancro fuit. Qđ
ſi uelis dicere hæc non a cõiunctione:ſed a Cometa:qui ſucceſſit
in Libra portẽta eſſe:qđ eſt humanum ſignum. Emerget ꝑfecto
adhuc quæſtio:eſt enim Cometa huiuſmodi effectus cõiunctio-
nis:quæ in Cancro præfuit. Quo fit ut ſi cõiunctio Cometen ef
fecerit:etiam quæ Cometen ſecuta ſunt:effeciſſe uideatur. Quod
ſi rurſum dices Cometen nõ ui eius coniunctionis accidiſſe:quę
in Cancro præceſſit. Sed ui Solaris eius eclipſis:quæ p̃ceſſit. 1506
die Iulij. 20. Adhuc emerſet quæſtio. Nam ſignum ubi eclipſis
præceſſit. Leo eſt:& quidem ferinum. Quare ſi eclipſis: quæ Feri
no in ſigno præceſſit. Cometen effecerit:etiam ea omnia facere ui
detur:quæ Cometam ſecuntur. Fortaſſe adhuc fingi poteſt eam
eclipſim ui dominantium ſtellarum non ferinam:ſed humanam
fuiſſe. Nam earum ſtellarum:quæ in ea p̃dominabantur:aliquæ
in humanis

ſn humanis ſignis fuerunt. Nos uero obſeruauimus non ſemel effectus conſtellificationum accidiſſe hominibus: quos ad alias conſtellificationes reducere nequiuimus: niſi ad eas: quæ nec ipſę nec ipſarum dominatrices ſtellæ in humanis ſignis fuerũt. Quare oportet dicere aut Ptolemæũ regulas affirmatiuas tradidiſſe: ut ſi cõiunctio ſit ĩ humanis ſignis. In hominibus effectus emoliatur. At contra Ptolemæus non obſeruauit. Aut oportet dicere ea contigiſſe contagione quadam: modo quo diximus: quia quę ſucceſſerunt concordant ſigno coniunctionario: aut ſignis: quæ illi diametrantur: aut quadrãgulantur: aut ſexangulantur: aut triangulantur: aut concordant ſignis. In quibus dominatrices ſtellæ ſunt: aut ſignis: quæ dominicis ſignis aliqua configurationis ratione coniunguntur. Obſeruationes igitur Iuniorum nõ ſunt omnino poſt habẽdæ. Licet illæ Ptolemæi firmiores ſint. Hæc de genere. De ſpecie uero: & qualitate Meſſala generalem quandam regula m nobis affert: cum inquit: in cõiunctione duorum ſuperiorum: uel trium: uel quauis in coniunctione. Si benefica ſtella prædominetur: beneficæ ſignificationes præſagiendę ſunt. Sin ãt Malefica. Maleficę: ac Infelices (Verbi cauſa) ſi Saturnus fuerit ꝑdominator: cõiunctio enũciat corruptionem: dãnum/uredinem ſterilitatem: ac bellum: contra uero Iupiter: dominator ſi fuerit. Alij uero tradunt conſiderandos eſſe etiam eos planetas: qui partem dominationis ſibi uendicant. Siue in ſigno cõiunctionario. Siue in alio ſigno fuerint. Nam eos uendicare ſignificationũ partem aſſerunt. De tempore etiam: quæ alij ſenſerunt: tranſigamus. Nam: ut aſſerunt: coniunctio duorum ſuperiorum bifariam conſiderari poteſt. Aut ratione ad ſignum habita. Aut ad triplicitatem: Verbi cauſa: coniunctio Saturni & Iouis conſiderari põt ratiõe ad Arietem habita: quatenus Aries: unum. xij. ſignoꝝ eſt. Aut ratione ad Arietem habita: quatenus Aries primum ſuæ triangularitatis ſignum eſt. Si coniunctio conſideretur ratione habita ad ſignum ſimpliciter. Hoc eſt: quo Aries eſt: de tẽpore euentuum non omnes una ratione ſentiunt. Nam Arabas Ptolemæi interpræs Libro centum Enunciatorum ex quibuſdam Ptolemęi

uerbis

uerbis male ad ſuam linguam uerſis:inquit. Aſpice quantum ab aſcendente annuæ reuolutionis interſit ad locum cõiunctionis: & cuiq; ſigno annũ da. Verbi cauſa. Sit cõiunctio Saturni & Iouis.xv.die Maij in prima Libræ parte:& Aſcendens reuolutionis anni Cancer ſit. Tunc patet.iiij.eſſe ſigna inter coniunctionis locum:& anni aſcendens:ideo ad tot annos ſignificationes coniunctionis apparere incipient. Quam etiam de cæteris coniunctionibus intelligendam eſſe dicunt. Hinc fit:ut ſecundum huiuſmodi regulam nunq̃ pluribus duodecim annis ſignificationũ euẽtum poſtponi poſſe:cum ſigna non plura duodecim ſint. Nouiſſimi uero ſignificationes incipere aſſerunt:ueluti in eclipſibus. Nam quot horæ æquales erunt a coniunctionis aſcendente ad coniunctionis locum:poſt tot ãnos euentus erunt. Hæc ſunt:quæ dicũt de ſignificationum principio ratione ad ſignum habita:ex ea parte qua ſignum eſt unum e duodecim. Ratione autem ad ſignum habita:quo ſignum eſt triangularitatis caput. Albumaſar inquit: cum ignea fuerit triangularitas: ſignificationum inicium eſt cõpletis in eadem triangularitate coniunctionibus tribus: quartaq; ſurgente. Quare nunq̃ euentus erunt:niſi poſt.60.annis quibus tres coniunctiones cõplentur. At ſi triãgularitas terrea:aut Aerea fuerit:quatuor in ea completis cõiunctionibus euentus incipiẽt: hoc eſt poſt.80.ãnos. Sin autem aquea fuerit triangularitas: ſex cõiunctionibus reuolutis euentus erit: hoc eſt poſt annos.120. Addit autem Albumaſar per accidens nõ nunq̃ in ignea ipſa triangularitate ſignificationes poſt ſeptem cõiunctiones apparere: hoc eſt poſt ãnos.140. Vt in rebus:quæ tardo curſu ſurgũt. Veluti eſt Prophetæ euentus:aut alterius cuiuſuis magnæ mutationis apparitio. Moram uero ſignificationum ex prædominãtium ſtellarum pollentia nacti ſunt. Nam cum dominantes ipſæ ſtellæ pollentiores fuerit:mora ſignificationum maior erit:& quo pollentiores:atq; pollentiores:eo ſignificationes diuturniores ſunt.

¶Sed diſſona uidetur hæc opinio:& comẽticia: poteſt enim coniunctionarium ipſum ſignũ trifariam cõſiderari:aut quo ſignum eſt ſimpliciter uidelicet unum ex duodecim:& quo primum ſuæ triangularitatis

triangularitatis eſt. Atq; ẽt quo omnium triãgularitatum primũ eſt.Nam quo uerbi cauſa . Aries ſignum eſt / coniunctio minor dicitur.Atq; ſingulis.20.annis euenit.Quo uero ſuæ triangula/ritatis primum eſt.Coniunctio media appellatur. Atq; ſingulis. 200.annis redit.At quo eſt primum ommium triangularitatum coniunctio maxima uocatur.Ac ſingulis.800.annis reuoluitur. Igitur in medijs/& minimis coniunctionibus regulã tradiderint cur non in maxima aſſignarunt. ¶Ad hæc eſt alia diminutio/nõ n. in cęteris coniunctionibus habemus quo nam pacto tempus ſit ſeruandum.Rurſum nos non ſemel legimus poſt triãgulares cõiunctiones ſignificationes ueniſſe poſt coniunctionẽ primam tempore cuiuſq; coniunctionis. ¶Præterea legimus coniunctionem Saturni & Iouis/quæ Diluuium ſignificauit / pręceſſiſſe in Cancro ante Diluuiũ annis. 287 : quod eſt poſt omnes eiuſdem triplicitatis coniunctiones.Eſt igitur huiuſmodi regula omnino comentum.Propterea ſunt/qui aſſerunt/coniunctionum ſignifi/cationes tunc incipere : cum coniunctiones ſunt. Nam cum ipſę ſint agentes:nos uero patientes.Præſentibus agentibus in ſubie/ctis materijs:mox eſt actio. ¶Sed etiã hi errant:cõiunctiones.n. huiuſmodi agere nõ uidẽtur:niſi in tempore:& quidem ita agũt: ut nõ ſemper agant:aut ſtatim:aut paucis poſt menſibus ãniſue. Sed alias lõgiore:alias breuiore tempore agũt: & ita nõ mox:nec ſemper. ¶Quid igitur differendũ ſit:nõ eſt facile:nec ab alijs declaratum. Dicamus tamẽ effectus:quos cõſtellificatiões agunt: nõ una ratione eſſe.Nã alij ſunt:qui diſpoſitione:ac præparatiõe indigent:ut.Bella.Peſtes.Prophetæ.Depopulatiões.Regnorum mutatiões:cæteraq; id genus:quæ mutatiõibus indigẽt. ¶Alij uero effectus ſunt:qui alijs præparatiões atq; diſpoſitiões ſunt: ue/luti electiones pro plãtandis:aut inſerẽdis Arboribus: atq; ꝓ cultiuãdis agris:necnõ pro edificãdis Vrbibus.Ciuitatibuſq;/etiam pro coronãdis Regibus:ac cæteris id genus: Itemq; & Morbi diſpoſitiones ſunt:qui ad mortem diſponũt.Mutatiões Aeris:quæ ad tempeſtates:ad Annonę ubertatẽ:ad Peſtem:& ad cętera id genus parãt:atq; diſponũt:propter quę patet effectus ipſos:qui diſ

poſitiones

poſitiones ſunt:alios eſſe momentarios:ut electiones : quæ pro agendis rebus parantur. Alios horarios : ut ſunt morbi. Alios diarios:ut Aeris mutationes. Si itaq; de iis euentibus loquamur: quæ diſpoſitionibus non paucis indigent:euêtus huiuſmodi tūc incipient:cum leuis planeta primum angulum faciendo a planeta graui partibus.xxij.minutiis.xxx.diſtauerit:quoniam in toto priore tempore præiacēs materia admodū diſponebatur. At ſi in cæteris effectibus loqmur:qui ſunt ad alios maiores effectus præparationes:atq; diſpoſitiones : pñt eodem minuto incipere : quo coniunctio ipſa eſt:eodem die:eodem menſe:aut eodem āno pro natura effectus:q̃ ipſe celerius:aut ſerius īcipere aptus eſt. ¶Nec ab ratione quidam dicunt eas actiones:ac effectus: qui merito luminis ac motus a ſtellis ipſis proficiſcuntur. Tum incipere: cum conſtellificationes ſunt. Sed qui ui influentiæ:nō illico : quippe cum huiuſmodi effectus ea diſpoſitiōe egeant:quæ per motus & lumina paratur. Hactenus de ortu:deq; principio euentuum.

¶Enunciatum. XII.

Cum pro ſignificationum genere:locoq; ſignum conſyderandum ſit:In quo coniunctio ipſa eſt: & pro ſpetie/qualitateq; euentuum/predominatoris qualitas/atq; pro ſignificationum inicio: primus angulus/ad quem cum leuis planeta peruenit partibus.22.Minutiis.30.a graui diſtat/pro duratiōe Moraq; effectuum:qui promictuntur/tempus obſeruanduz eſt/quod a coniunctione ipſa defluit: uſq; quo rurſum ſtelle coniungantur:pro ipſarum autem ſignificationum auctione Imminutioneue/Anguli omnes. Animaduertantur/quos leuis planeta deſcribit uſq; quo rurſus redeat ad cōiunctionem cum graui.

Quo nam igitur modo ſignificationum locus colligendus ſit in ſexdecāgulis ſtellarum : & ſubiectum ipſum genus. Paulo ante diximus:quoniam e coniunctionario ſigno(ut alij tradūt)e dōminicis locis ¶Præterea & ſpecies ſignificationum atq; qualitas: etiam explicatum

etiam explicatum eſt:quoniam a dominantium ſtellarum quali/
tatibus.Adhuc autem quo nam modo ſignificationum initium:
quoniam ab ipſo primo angulo:ad quem leuis planeta:cum pro
ficiſcitur:ab ipſo planeta graui ponderoſoq; partibus.xxij.Minu
tijs.xxx.diſtat.Reſtat modo de mora malorum:effectuumq; per
duratione:deq; eorum accremento:decrementoq;.Quæ res nō fa
cilis eſt:nec ab alijs tentata.Inicio nobis ſumpto a malorū mora:
effectuumq; duratiōe.Ptolemæus itaq; quæcūq; de ſtellis quinq;
tradit:a luminum qualitatibus accepit:aut per quandam propor
tionem ad ea.Modo conſtat Ptolemæum a luminum Synodis:
plenilunijſq; ſignificationem omnem ſumpſiſſe. Moram autem:
ac perdurationem ab uniuerſo Lunæ decurſu per omnes figuræ
angulos:non enim(Vt Ptolemæus inquit(Libro.ij.Apoteleſma
Capite.15. tum)Lunationis uis ceſſat: quouſq; altera redeat Lunatio.Quare
in cōiunctionibus cæterarum ſtellarum ſignificationes colligen/
dæ ſunt a coniunctionibus ipſis.Mora uero ac perduratio uſq;
ad ſexdecanguli finem extēdetur. Quæ ratio docet eius ſexdecan
guli ſignificatiōes:qui Saturni ac Iouis eſt.xx. Annis perdurare.
Quippe cum tot annis ſexdecanglus producatur. Saturni uero
& Martis:ac Iouis & Martis:annis fere tribus eadem ratiōe.Nec
ab ratione hoc uidetur.Nam effectus tam diu durant: q̄ diu pati
ens:& agens fuerit inuicem proportionata.Sed cōiunctio quæ
eſt agens:& res huius mūdi: quæ ſūt paciens:toto eo tēpore ſunt
conuenienter applicata:atq; proportionata:licet nō æqualiter:ſic:
ut per omne id tempus:quo redeat rurſum coniunctio: effectus
producantur:tempus igitur perdurationis:ac effectuū mora tan/
ta eſt. ¶De accremento autem ſignificationū ac decremento trau
ſigamus per ſimile i Synodis Luminū:ut Ptolemęus fecit. Nam
ut in Lunatione ipſa accreſcunt:decreſcuntq; uires pro angulatio
num:quas Luna in menſe deſcribit:accremento: atq; decremēto.
Sic etiam in ſexdecangulis quinq; ſtellarum.Creſcūt enim ſigni/
ficationes.Si angulationes:quas leuis planeta deſcribit. Angulo
principij.In quo coniunctio erat:concordauerint(Verbi cauſa)
Sint ſignificationes beneficæ:quas cōiunctio ipſa præſagit:ex eo
uidelicet:

uidelicet:quia benefica ſtella in coniunctione præerat. Si leuis di ſtando a graui angulauerit:fueritq; beneficis permiſta:ſignifica/ tiones priores e coniunctione Indicatas augebit. Sin autem Ma/ leficis:priores ipſas ſignificationes aliquã ex parte demet:non au tem omni ex parte tollet. Augebuntur itaq; ſignificationes ſi Mi ſturæ ſtellæ leuis:quas per angulationes ſibi comparat:prędomi natori uniuerſę ſignificationis cõuenerint. Inminuentur autem. Si aduerſabuntur:& de accrementis decrementiſq; ſignificationũ hactenus. ¶ Sed quæ alij ſentiunt:non eſt malũ differere. Quidã igitur Albumaſaris Sectatores in maximis cõiunctionibus:euen tuum moram pro numero ãnorum maximorum eſſe aſſignant: eius planetæ:qui coniunctioni præeſt. In medijs pro numero an norum Maiorum:In minimis autem pro numero ãnorum Medi orum ac in coniunctionibus Martis:& Saturni:aut Martis & Io uis mora eſt pro numero minorum:eius planetæ:qui cõiunctio ni pręeſt. Sunt autem(ut dicunt)maximi Solis ãni.1461. Maio/ res.120. Medij.xxxix. Minores deniq;.xix. Ac Lunę ãni Maximi ſunt.520. Maiores.108. Medij.xxxix. Minores.xxy. Saturni Ma ximi ſunt.465. Maiores.lyij. Medij.xliij. Minores.30. Iouis Ma/ ximi.427. Maiores.79. Medij.xly. Minores.xij. Martis Maximi ſunt.284. Maiores.lxyi. Medij.xl. Minores.xy. Veneris Maximi u51. Maiores.lxxxij. Medij.xlij. Minores.yiij. Mercurij Maximi: ſunt.480. Maiores.76. Medij.xlyiij. Minores.20. Dicũt itaq; in Maximis Saturni ac Iouis coniunctionibus planetam:qui co n/ iunctionario loco præeſt effectibus tempus præbere ãnoꝝ Maxi morum. In cõiunctionibus Medijs:dare ãnos Maiores: In mini mis:ãnos Medios. Ac in Martis Saturniq; aut in Iouis Martiſq; cõiũctionibus:prędñatorem prębere effectibus ãnos Minimos: & hoc pacto portẽtorũ moram perlibrãt. ¶ Sed hæc poſitio Cõ/ méticia eſt:& nullis obſeruatiõibus probata. Nam exploratũ eſt: nullum effectum a quauis cõiunctione Indicatum:tãto tempore ſ. Maximorum ãnorum perduraſſe:ut nec bellum:nec pacem:nec Diluuiũ nec aliquid id ſeuus. Immo Albumaſar: q fuit auctor huius cõmenti de fine religionis Chriſtianę:atq; ſectę Mahome tanę

ctanæ manifeſte errauit. Qua ratione euenit. Vt effectus nullius coniunctionis perdurare poſſint: ultra circuitũ ſuę cauſæ: & cum nulla ſit coniunctio: quin ultra. xx. ãnos circuat: fit: ut nullius cõiunctionis effectus poſſint ultra. xx. ãnos produci: niſi propter alias cauſas: ut dicemus. ℂ Præterea Ptolemæus ex Lunæ ſexdecangulo cum Sole in cæteris ſtellis tempora ac ſignificationes accõmodauit: conſtat autem in Lunaribus non ultra menſem ſignificationes produci: igitur in cæteris cõiunctiõibus nec ultra tempus circuitus effectus diffundentur: & de accremento. Atq; imminutione agendum: ſunt itaq;: ut diximus: pollentarũ cõiunctiõis effectus pollentes ac plenæ ſi planetæ in coniunctione ipſa partiliter longitudine: ac latitudine coeant. Si coniunctio fuerit ſuper Terram præſertim in aliquo cæli cardinum: aut in aliquo ſuccedentium. Si cum planetis partiliter coniunctis aliæ ſtellæ fuerit ſiue fixæ: ſiue errantes: quæ in maleficentia: aut beneficentia: cum prædõminatrice ſtella conuenerint: fuerit dico aut corpore cooeuntes: aut configuratæ radijs: namq; his rationibus coniunctionum effectus erunt pleni. Pollenteſq;: nam & cõiunctiones: quæ illos portẽdunt: plenæ ac pollẽtes ſunt: & quoniam fieri poteſt ut coniunctiones ſint pollentes: quarum poſtea uires planeta leuis: qui per angulos figuræ. xvi. laterum decurrit: augeat: uel minuat. Dicamus effectus portẽtos ĩ proceſſu augeri aut minui pro ratione planete leuis qui per angulos tocius figurę decurrit: ſi. n. anguli (quos planeta leuis ſua peragratione in figura deſcribit) loco coniunctionario conuenerint. Significationes prius portentæ augebuntur. Sin autem eidem loco aduerſentur: ſignificatiões prius portentæ non omnino delebuntur: ſed magna ex parte inminuentur: aut reprimentur. Cõueniunt autem Anguli (quos leuis planeta deſcribit) loco coniunctionario: pro qualitate planetæ leuis: qui eos deſcribit: quam qualitatem ex miſtura cum cæteris ſtellis ſibi comparat: cum angulos poſſidet: Vbi enim miſtura: quam ſibi comparat: ſimilis qualitati fuerit: quam prædominator cõiunctionis habebat: ſignificationes augebit: ubi uero cõtraria: aliq; ex parte inminuet. Hæc de accremẽto deq; decremento dicta ſint.

Libro ultimo de noſtrarum calamitatũ cauſis ultimo Enũtiato.

Enuntiatum. XIII.

POſſunt nonnulla portenta/que coniunctiones ipſe ſignificant/ vltra tempus reditus cōiunctionis ſe extendere/non quidem vi coniunctionum/que illa portēdebant. Sed vi Intronizationis/qua iniciant:quemadmodum que generantur in Lunatione/ vltra tempus reditus Lunationis: quandoq; ſe extendunt.

ITa alicuius uiri:aut mulieris genitura in Lunatione ipſa ſe habet:ut ſignificatio in coniunctione:quæ eſt ſexdecanguli principium. Nam:ut Lunatio:hoc eſt Interlunium:uel Plenilunium eſt uniuerſalis cā annorum uitæ nati . Geneſis uero illius nati:cauſa particularis. Sic coniunctio q̄ portentum præcedit eſt uniuerſalis cauſa annorum atq; durationis illius. Intronizatio autem:quæ eſt:ut eius geneſis:cauſa durationis particularis eſt: Verbi cauſa:dato:ut Albumaſar inquit:ꝙ Mahometis ſecta ab ea coniunctione Saturni & Iouis fuerit : quæ in Scorpio præfuit:dico ꝙ ſectę eius Intronizatio particularis cauſa annorū Sectę eſſe poteſt. Cōiunctio uero:quę pręceſſit:generalis. Quare fit:ut ui Intronizationis ſecta perdurare poſſit:longe plus periodo cōiunctionis. Quppe cum coniunctio redeat ſingulis .xx. annis. At ſecta longe pluribus annis perdurat:recte itaq; ſuperiore Enūciato diximus . Nullum effectū perſe durare poſſe ultra ſuę cauſę periodum:ſed bene per accidēs:ut cum cauſa illa totalis nō fuerit. Per quæ patet Albumaſaris error: qui ex ānis planetarum perdurationem in ſectis aſſignauit. Immo huiuſmodi ānos ſtabilire aut fieri nequit:aut cū difficultate. Cū Intronizationes:quę ſunt ueluti ſectarum Geneſes:uix accipi poſſint : forſitan enim belli duratio minime Iudicari poteſt:aut cum difficultate:quippe cum

pe cum raro aut nunq̃ belli inicium:quę eſt:ut illius.Geneſis:haberi poſſit. Vnde & nos non raro hęc:quę Albumaſarei aſſerũt: diligentiſſime obſeruauimus:quę cum locum non habere uideremus:ab uſu noſtro abiecimus.Hęc ſunt:quę de perduratione rerum:quę a coniunctionibus ſignificantur:nobis uidentur.

¶Enunciatum. XIIII.

ILluſtres geniture/que magnorum viroꝝ ſunt cum fuerint admirabiles in aliquo angulorum contingunt earum figurarum / quas in ſignes planete deſcribunt.

ILluſtris genitura eſt : quæ natum eleuat: ad ea:ad quæ progenitores ui progeniei eum unq̃ eleuaſſent : quales fuerunt noſtris temporibus genituræ Nicolai Piccinini.Sforciæ.Catamalatæ: qui Militum Duces ſtrenuiſſimi fuerunt . Nam hi ui progeniei ad ea non aſcendiſſent:ad quæ ui geniturarũ euecti ſunt. ¶Rurſus genitura Socratis:q Artificis filius fuit.Marci Tulij:qui ex humili Ciceronum familia originem traxit.Maronis:qui ex humili genere ortus ad faſtigia ſapientiæ aſcendit. Homeri quoq;:qui cum eſſet uiliſſimi generis:progenies : & patria ignorantur . Horũ enim genituræ ſunt Illuſtres:quę efferũt natos ad ea:ad quæ ex genere nũq̃ proueherentur. ¶Vnde uero genituræ Illuſtres ſint:& quas ob cauſas:aperiamus . Nam non una ratione a Mathematicis colliguntur . Maternus enim Libro primo ſuæ matheſeos inquit.Genituram Illuſtrem eſſe : quæ aliquam ſtellarum in domicilio ſuo conſtitutam:in aliquo principalium genituræ loco habuerit collocatam:hæc autem trifariam eſt.Nam alia eſt maxima.Alia magna. Alia mediocris . Maxima quidem eſt:quæ quatuor ſtellas in domicilijs ſuis habuerit cõſti

tutas:atq; in principalibus geniture locis collocatas. Magna uero quæ tres:uel duas. Mediocris uero:quæ unam dũtaxat. Ptolemęus uero Mathematicorũ princeps non una ratione incedit. Nam Libro centum Enunciatorum tradit. Illuſtres genituras eſſe : quæ aliquam ſtellarum fixarum habuerit:earũ dico : quæ Regię ſunt in aliquo principali geniture loco. Sunt autem ſtellę Regię ſiue Auguſtæ:quæ quatuor in ſignis dũtaxat collocantur. Tauro uidelicet:& Leone:atq; in ijs oppoſitis. Scorpio:& Aquario. Hę ſũt quę barbarice Beubemię dicuntur. Latine corda Imaginum fixarum:ſunt huiuſmodi cor Tauri:quę barbarice Aldebran. Gręce Lampadias dicitur/ hæc noſtris temporibus in Gẽminorum parte.ij. Inuenitur. Alia regia eſt Leonis cor:quæ Græce Baſiliſcus appellatur:hoc eſt rex. Barbarice Calbeleced:quæ nunc in Leonis parte.xxij.collocatur. Alia regia eſt cor Scorpij:quã Barbari Chalobeladrap uocant. Gręce eſt Antare: quę nunc tenet Sagidtarij partem fere Secundam:eſt Alia & quarta regia:quę Barbarice Fomahanth:Latine poſtremum fuſionis aquę appellatur:quę nũc.xix.partem Aquarij poſſidet. Hę igitur ſtellę ſunt:quas Ptolemęus Auguſtas:ac regias uocat. Barbarus autem Ptolemęi iterpręs Comentarijs:quos ſcribit in Libro centum Enunciatorum:inter has etiam eas ſtellas enumerat: quę oblucis pręſtantiam primę: magnitudinis habentur:queq; etiam Beubemię dicuntur:potiſſimum:quę ab eclipcica nõ multo longius progrediuntur. Sunt de his. Spica/quę Gręce Stachys dicitur. Barbarice Azimõ, Alazel:ſiue Azimeh:& Alię id genus:loca uero principalia geniturę ut Ptolemęus inquit:ſunt. Ortus. Culmẽ:locus ſortis:quiq; partis Fortunę dicitur. Locus etiã Solis:ac Lunę. Quoties igitur aliqua regiarum huiuſmodi ſtellarum in aliquo principalium geniturę loco collocabitur. Hęc genitura eſt Illuſtris. Nam natum ad regias felicitates attollet:etiã ſi ex humili genere fuerit ortus. Maxima quoq; erit:quę omnes regias in principalibus locis habuerit. Magna uero:quę duas:aut tres. Libro uero Apotelesmatũ Illuſtrem genituram Ptolemęus eſſe autumat. Vbi Luminare conditionarium;hoc eſt In diurna Sol. In nocturna uero Luna Maſculino in

Enunciatũ.28.

ſculino in ſigno eſt in ortu : aut Cæli medio : quæ trifariam eſt. Maxima uidelicet in qua Luminare cõditionarium in ſigno Maſculino culminauerit:ſtellæq; ſuperiores Saturnus uidelicet Iupiter:& Mars Matutinę aut Orientales:cum Luminari ipſo bene configuratę fuerint:& in ſignis Maſculinis : ubi uero Luminare condicionarium in ſigno Maſculino culminauerit : ſuperioreſq; cum Sole bene coniuncti fuerint:non tamen in ſignis Maſculinis.Hę geniturę magnę erunt.Vbi autem neq; in ſignis maſculinis:neq; matutinæ erunt: modo Luminare in ſigno maſculino fuerit:genituræ hæ mediocres:ſunt habendæ.Si igitur huiuſmodi genituræ Illuſtres:quæ magnorum Virorum ſunt.In aliquo angulorum contigerint:earum figurarum:quas inſignes planetæ ſcilicet Iupiter.Saturnus & Mars deſcribunt.Vt cum planeta leui:qui angulos ſua peragratione efficit in aliquo fuerit angulorum potiſſimum in diametro:uel Quadrangulo planetæ grauis : ſunt Illuſtres & Admirabiles : non enim Horoſcopus in Aquario.Sol in Leone.Luna in Scorpio.Saturnus in Leone.Iupiter in Aquario.Mars in Scorpio.Paridem Illuſtrem:& admirabilem effecerunt . Nec horoſcopus in Virgine : in qua Mars Mercurius & Venus partiliter collocati erant : diuinum Demoſthenis inſpirauerunt ingenium : ac Illuſtre & admirabile effecerunt.Itemq; nec Illuſtrem &Admirabilem Platonem fecerunt. Mars Mercurius & Venus in horoſcopo ſuæ genituræ coniuncti.Nec item horoſcopus in Libra. In qua Mars Mercurius & Venus fuerunt partiliter coniuncti.Pindarum Illuſtrem:ac admirabilem effecerunt:qui Lyrico carmine. Choreas:liberos rithmos religioſa moderatione compoſuit.Nec horoſcopus in Ariete in finibus Iouis.Mars.Venus:& Mercurius partiliter conſtituti.Illuſtrem & Admirabilem in Mechanicis Archimenidem Syracuſanum reddunt : qui Romanos exercitus artibus ſæpe proſtrauit: hunc Marcellus in triumpho uictoriæ conſtitutus: inter Ouantes militum ſtrepitus ac triumphales laureas collocatus mærore defleuit.Sed omnes hos : &alios q̃ plurimos Illuſtres ac admirabiles effecerunt genituræ huiuſmodi : quatenus ederentur

ederentur iјs angulis uigentibus:quos deſcribunt ſuis peragra/
tionibus ſtellæ:uel quia in eis aliquis talium angulorum culmi/
nabat:bene conſtitutus:redeunt potiſſimum huiuſmodi genitu/
ræ:aut ſimiles(ut Ptolemæus Autumat) Singulis. 9000. annis
putans Helionoram ſuam reuolutionẽ perficere ſingulis. 36000.
annis:quorũ pars quarta ſunt anni. 9000. ¶Iuniores uero: qui
Helionoram ſingulis. 49000. Annis reuolui putant: huiuſmodi
genituras redire aſſerũt ſingulis. 12250. quo tempore Quartam
figuræ partem Helionora ſua peregratione deſcribit.

¶Enunciatum. XV.

Menſtrua Lunatio omnia grandia/que coniun/
ctiones trium planetarum faciunt in hoc mun
do:ſuo in menſe efficit. Si Angulationibus cõ
uenerit/quas in figuris ſexdecangulis planete
Maiores deſcribunt.

Lunatio a Luna ipſa nomẽ accepit: quod
ſit aut Plenilunium: aut Interlunium:
utraq; enim (ut Porphyrius inquit) ab
ipſa Luna nomen accepit: quoniam ſiue
Plenilunium ſiue Interlunium ſit: ſem/
per locus Lunæ: & angulus ſequens in
figura horaria: quæ. xij. domorum eſt:
conſiderandi ſunt: ut poſtea dicemus
dum de Lunationis dominatore diſpu/
tabimus. Luna itaq; in menſe Lunari ſua Lunatione hoc eſt ſuo
motu configuratorio:omnem Sublunarem efficit mutationem.
Quppe cum Sol & Luna totius domini ſit: & quoniam omnis
mutatio in menſe contingit: iure Luna: quæ menſibus præeſt:
omnia:

omnia:quæ in mundo contingunt: facere uidetur. Quia uero Sol & Luna omnium euentuum generales cauſæ ſunt: tam quidem grandium q̃ etiam minimorum: niſi particulares cauſæ in Lunatione ipſa meſtrua interuenerint:quæ Lunæ & Solis actiones ad grandes ipſas mutationes contrahant: atq; coartent: tales grandes mutationes a Luna ipſa non proficiſcentur. Sed ſolum ea:quæ curſu ordinario accidere ſolent: ut ſunt mutationes Aeris:& quæ a mutationibus Aeris Inmediate proficiſcuntur: qualia ſunt:quæ ad uegetabilia:& ad herbas ſpectant: atq; ad morbos:& ad mutationes corporeas:non autem ad ea: quæ præter naturalem ordinem contingentia ſpectant ad animam:aut ad fortunam:hæc enim quæ ad bona uel mala animi:aut fortunæ ſpectant:Luna ſuo in menſe non efficit:niſi huiuſmodi cauſis concurrentibus:quæ actiones artent: atq; contrahant ad eas. Nam Sol & Luna generatim ſuis motibus ſolum:quæ ordinario curſu currunt:effeciunt in menſibus. Contrahuntur autem actiones Solis ac Lunæ:cum Lunatio in menſe cum Angulis figurarum conuenerit:quos deſcribunt planetæ. Conuenit uero Lunatio angulationibus trium planetarum. Si contigerit ijs in Angulationibus quos:ut diximus planetæ deſcribunt. Hactenus de Primo Libro.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Eiuſdem Auguſtini Niphi Medices de Helionoricis figuris Liber ſecundus.

Enunciatum. Primum.

LUminares Synodi ob ſignum ipſum in quo accidunt:obq; cõiunctionis rationẽ equales omnes ſunt habende. At obſitum : obq; cõiunctionis ipſius qualitatem. Maxima cẽſenda eſt ecliptica Synodus. Minima vero Mẽſtrua. Trimenſtrua autem Mediocris.

QVADRIFARIAM Iuniores coniunctionem Alteram altera maiorem minoremue eſſe arbitrati ſunt. Vna quidẽ ratione ui ſigni:aſſerentes Saturni & Iouis coniunctionem:quæ in Arietis capite fit eſſe omnium maximam. Mediam uero: quæ eo in ſigno fit:quod eſt triangularitatis caput. Minimam deniq;:quæ ſingulis in ſignis fieri ſolet. Alia autem ratiõe: ui coniunctionis:ueluti cum planetæ in uno ſigni decano coeũt: coniunctio maior eſt ea:quæ eſt in uno ſigno:& cum in uno gradu:coniunctio maior eſt ea:quæ eſt in uno decano: & cũ in uno minuto:omnium maximã aſſerunt. Alia ratione:iure ſitus: nam ea Solis:& Lunæ coniunctio : quæ præcedit Solis:ingreſſum:in aliqd' quatuor ſignorum:quæ anni tempora efficiunt:eſt maior ea:quæ fit quouis in ſigno:quouis in menſe . Quippe cum iure ſitus illa uires ſuas porrigat uſq; in tres menſes: hac ratione Ptolemæus huiuſmodi coniunctionem Trimeſtrem uocat:q; ſupra tres menſes uires extendat. Alia ratione qualitates coniunctionis ea enim coniunctio quæ longitudine: ac latitudine partiliter eſt: omnium

omnium maxima eſt. Quibus patet omnes Solis ac Lunæ Synodos ui ſigni:coniunctioniſq; eſſe æquales: ui autem ſitus ac qualitatis: inæquales. Quippe cum coniunctio maxima ſit ecliptica: qua Sol: eclipſatur: eſt enim hæc cum longidine: cum latitudine. Minima autem eſt menſtrua: quoniam nec ui ſitus: nec ui cõiunctionis magna eſt. Trimenſtrua eſt Mediocris: accidit enim ante Solis ingreſſum in aliqd' ſignorum quatuor: de coniunctione ecliptica hoc eſt de eclipſibus: deq; Trimenſtrua Solis ac Lunæ coniunctione Libro noſtra; Calamitatum cauſis diligentiſſime dictum eſt. Nunc ſolum de menſtrua Solis ac Lunę Synodo differendum eſt. Nam hæc proprie eſt quæ figuræ. xvi. angulorum principium eſt.

¶ Enunciatum. II.

Luminaris ſexdecanguli principum e Luminum Synodo per ſe ſumitur.

Synodus Luminum (ut dictum eſt) trifariã cõſiderari poteſt. ¶ Aut quatenus longitudine ac latitudine ecliptica eſt: & hoc pacto uires ſuas non tantum ad menſes: ſed ad annos extendit. Quippe cum pro numero horarum durationis Anni perductionis colligantur in ſolari eclipſi: quæ ecliptica Synodus eſt. ¶ Aut q̃tenus antecedit Solis ingreſſum in aliqd quatuor ſignorum: quibus. iiij. Anni tempora diſtinguntur: & iterum hæc ultra menſem uires producit: quoniam ad tres menſes portendit. ¶ Tercio modo: quo eſt Solis ac Lunæ cõiunctio tantum: & hoc pacto eſt Luminaris Sexdecanguli principium: ac uires ſuas pro menſe tantum habet, Vltra uero menſem non ui Synodi. Sed ui geniture alicuius: quæ in ipſa Lunatione accidit: ut ſuperius dictum eſt: producit. Synodus uero: quo ad eius: ecliptica

ptica eſt:quoue præuentionalis: per accidens Sexdecanguli Lu/ minaris principium eſt. Patet igitur luminarem ſexdecangulum per ſe principium ſumere a Synodo ipſa. Quippe cum Luna an/ gulos deſcribat/quo a Sole diſtat uarijs rationibus:ac configura tionibus poteſt autem per accidens principium ſumere a quauis cæli parte:ueluti in Criticis fit motibus : configurationibuſq;:in quibus ea Cæli pars principium eſt:quam Luna ipſa tenet hora: qua morbus contingit:finis autem etiam Synodus eſt. Nam in circulo idem eſt finis ac principiū. ℂ Verū Actentione dignum eſt:Lunationes eſſe bifariam. Aliquando interlunares:ut cū ꝑrin cipium illius fuerit coniunctio Solis:& Lunæ. Aliquando pleni lunaris:ut cum fuerit illius pricipium plenilunium : eſt quidem Lunationis principium Interlunium: cum Interlunium præceſ/ ſerit anteq̃ Sol aliquod ſignorum.iiij. ingrederetur:hoc eſt:cum Lunatio trimenſtrua fuerit Interlunium: cum uero Lunatio tri menſtrua fuerit Plenilunium:Lunationes omnes totius quartæ erunt Plenilunares. Verum quia tam in Lunationibus Pleniluna ribus:q̃ Interlunaribus ſemper locus Lunę:ac anguli:qui locum Lunę ſequitur conſiderandi ſunt : ideo quæcunq; dixerimus de Interlunaribus Lunationibus: de Plenilunaribus eſt intelligen/ dum. Simili ratione in trimenſtruis Lunationibus ſiue Interlu/ nares:ſiue Plenilunares fuerint:ſemper locus Lunæ: ac angulus ſequens ſpectandi ſunt. Propterea ex his:quę dicemus de men ſtruis ſexdecangulis Interlunaribus. De trimenſtruis eſt haben/ dum:ſiue trimenſtruæ fuerint Interlunares: ſiue Plenilunares: per quæ corrigenda ſunt ea:quæ diximus in Libro de noſtrarum Calamitatum cauſis. Vbi diximus in trimenſtruis. Pleniluniijs locum Solis:& angulum:qui eum ſequitur:eſſe conſiderandos. In menſtruis uero:locum Lunę : & Angulum:qui locum Lunæ ſequitur. Nūc uero partim ut ex obſeruationibus comperimus : partim ex his:quæ Porphyrius inquit : In omnibus Lunationi/ bus:ſiue Plenilunaribus:ſiue Interlunaribus:ſiue mēſtruis : ſiue trimenſtruis:dicimus in Lunatiōis Themate locū Lunæ:& angu lum: qui Lunę locū ſequitur:ſemper eſſe cōſiderādos: & hāc ob cauſam:

Correctio eorum quę ſunt dicta libro de noſtrarū calamitatū cauſis.

cauſam: quę dixero de Interlunari menſtruaq; configuratione: ita & de Plenilunaribus menſtruis : ac trimenſtruis intelligenda ſunt. Cauſa autem eſt quia uariatio: quę accidit ſtellę reſpectu habito ad nos: eſt illa quę in hoc mundo uariationes efficit: & quoniam in omnibus Lunationibus : pręterq̃ in ſolari eclipſi : uariatio eſt in Luna ratiõe habita ad nos: ideo ſola Luna: quę talem euariationem patitur: ſpectanda eſt. Quia uero in eclipſi Solis uariatio reſpectu habito ad nos, In Sole ipſo eſt. Sol enim eſt qui ad nos eclipſatur: ideo in ſolari eclipſi Solis. Soliſq; locus: atq; angulus : qui Solis locum ſequitur: ſpectandi ſunt : hoc enim pacto corrigi debẽt: quę Libro noſtrarum Calamitatum diximus.

ℭEnunciatum. III.

LUminaris ſexdecangulus : cuius principium Synodus Luminum eſt/ſingulis.30.fere diebus conficitur.

SExdecangulus Luminaris omnis menſe: hoc eſt.30.fere diebus deſcribitur: uerum menſis non una ratione eſt : & de menſe aliter Ptolemęus: aliter Galenus diſtinguit: quę Galenus ait. Libro de Criticis diebus.ij. diligenter explicauimus. Sed quę Ptole. uoluerit: nunc aperiamus. Menſis itaq; duplex eſt. Lunaris uidelicet: & Solaris. Lunaris quidem eſt . Luna.xij. ſigna cęli peragrat. Hic etiam menſis conuerſionis dicitur : ꝙ uidelicet Luna redeat ad eam Cęli partem: quam ab inicio deſcripto tenebat . Menſis huiuſmodi : ut ex Ptole . ſupputationibus conſtat: eſt dierum.xxyiij. Horarũq; duarum: ac minutorum . xyiij. Solaris autem menſis una tantum ratione apud Ptolemęum habetur: apud me uero duplex eſt. Quippe cum alius ſit: quo Sol de.xij. ſignis unum tantum peragrat: ut cum a Capite Arietis ad

Enunciatū.14.

caput

caput Tauri decurrit. Hunc.xxx. fere diebus deſcribit. Alius ue-ro: quo Luna cum Sole ſexdecangulum efficit: cuius Synodus & finis: ac principium eſt. Hunc conſtare dicunt diebus fere.30. Ad amuſim uero conſtat diebus.xxix. horis fere.xij. Vnde recte Ptolemæus inquit menſes Lunares prope.xiij. Solari anno conti-nentur. Nam ſi dies.365. quibus annus fere deſcribitur: in dies. xxviij. horaſq; duas: minutaq;.xviij. terdecies partiare relinquetur fere interntum. Galenus uero hunc menſem diebus.xxvij. horiſq; viij. conſtare aſſerit: quã differentiam ſupputatoribus relinquo. *err: auth:*

¶Enunciatum. IIII.

In ſexdecangulo Lunari Luna ſua velocitate Angulos / Sol ſua tarditate figuram efficit.

Figuram ſexdecangulam ambo Lumina conficiunt: non tamen eadem ratione. Luna enim quia celerior eſt: ueluti punctus fluens angulos deſcribere uidetur: punctus enim motus (ut Mathematici aſſe-runt) lineam efficit. Ac Sol: quia tardior quaſi fixus conſtans. Figuram claudere uidetur: recte igitur Sol figuram. Luna angulos faciunt. Quippe cum figuræ clauſione. Anguli uero motu conſtent.

¶Enunciatum. V.

In Lunari ipſo ſexdecangulo Anguli omnes obſeruandi / quos Luna ipſa ſua peragratione deſcribit. Potiſſimum angulus principij / & qui eidem diameter: ac quadranguli ſunt.

QVoniam uires ſexdecangulares Luminũ ipſorum
principaliter:in Aerijs mutationibus intelligũtur.
Aereq́ꝫ mutationes facile fiunt:non ab re Anguli
omnes in Lunari ſexdecangulo obſeruandi ſunt.
Si quidem omnes mutatare Aerem poſſunt:potiſ
ſimum angulus principij:qui eſt is locus:in quo lumina partili/
ter cõiunguntur:eſt enim hic angulus totius figuræ principium
eiuſdemq́ꝫ finis. Diameter autem ac quadranguli Solis ac Lunæ
etiam obſeruandi ſunt:cum plenas uires habeant.

¶Enunciatum. VI.

LOcus cui ſexdecangulus Lunaris portendit:
eſt ea regio:ſiue clima/ad cuius medium The/
ma Synodi erigitur:genus ſubiectum non eſt
per ſe niſi in Aereis mutatiõibus/ꝛ in ijs : que
ex mutationibus Aeris ſolummodo pendent.
Species ac q̃litas ab eo planeta eſt : qui Synodo predomi
natur. Inicium ſignificationum eſt ipſa met hoza / qua Sol
ac Luna cõiunguntur. Auctio autem : ac diminutio contra
rietate vel conuenientia eozum angulozũ fiunt/quos Luna
in ſexdecangula figura deſcribit.

QVinq́ꝫ (ut diximus) in omni Cæleſti præ
dictione ſunt Animaduertenda. Locus:
cui ipſa Cæli ſignificatio portẽditur. Sub
iectum genus. In quo ſignificationes ſu/
ſcipiẽtur. Species ſiue qualitas eorũ:quæ
portẽduntur. Tempus:& quo durant:&
quo ſignificationes ipſę incipiunt. Quin
tum uero eſt auctio: uel ſignificationum
diminutio. ¶De loco igit᷑ primo nobis
agendum eſt:quoniam niſi locus conſtet. Thema hoc figura ho
raria.xij.domorum ipſius Synodi erigi non poterit : locus itaq́ꝫ
eſt ea

eſt ea

eſt ea regio:ſiue clima:ad cuius medium Synodi Thema conſti/
tuitur(Verbi cauſa)Sit tempus Interlunij ſueſſæ horis poſt me
ridiem.5.Minutis.30.Themaq́ partiliter erigatur hoc tempore
ad Meridiem ſueſſę:Tunc ijs factis:locum cui.Synodus porten
dit eſſe ſueſſæ regionem eſſe aſſero. Nam ad illius meridianum
Thema hoc eſt figura.xij.Domorum conſtitutum eſt. Simili ra
tione ſi ad meridianum alterius ciuitatis Thema fieret: etiam con
iunctio ſexdecangulaq́ figura ſignificationes ſuas illic molietur.
¶ Sed huic occurrent Iuniores:cur in eclipſibus ſignificationū lo
cus eſt:qui cum ſigno ecliptico concordat.In huiuſmodi uero cō
iunctionibus locus eſt: clima ad cuius medium Thema ipſum
conſtituitur.Fortaſſe cauſa differentiæ eſt:quoniam in eclipſibus
ſunt uires ob lucis ſurrectionem: uiq́ luminis. At in Solis Lu/
næq́ coniunctionibus uires ſunt ui motus peragrationiſq́: agūt
enim in nobis ſtellæ motu ac Lumine.Et etiam ſecūdum aliquos
per Influentiam:conſtat autem motum ſtellarum.Influentiamq́
eſſe ubiq́ eundem:quare omnibus regionibus communis eſt:eo
tamen diuerſus:quo non eodem omnibus agitur tempore: pro/
pter hæc e regionis meridiano ſtabilitur:e quo & tempus ipſum
habetur.At quia lumen non eſt omnibus regionibus idem.Igi/
tur nec luminis ſubrectio omnibus erit eadem.Quippe cum ali/
cui regioni eclipſis apparere poſſit:aliquibus uero : non propter
hāc quoq́ cauſam in Themate Synodi:quod eſt.xij.domorum
figura.Angulus qui eſt principium figuræ.xvi.laterum tam ſub
terra:q̄ ſupra terram obſeruari poteſt. In eclipſibus autem : quæ
ſub terra fiunt:nulla eſt conſideratio.¶ Adhæc etiā occurres cur
in coniunctionibus quinq́ ſtellarum locus euentuum eſt a regiō
nis meridiano.Quippe cum talium ſtellarum coniunctiones ui
motus:ac Influentiæ portendant:q̄ ſunt ubiq́ æquales:ac ijdem:
Cauſa fortaſſe differentiæ eſt: quoniam Synodi per ſe non niſi.
Aeris mutationes:& quæ ex Aeris mutationibus dūtaxat profi/
ciſcuntur:portendunt:quæ ſunt in omni climate poſſibiles: licet
non æquali ratione.Quare omnis regio Synodo concordat:mo
do Thema ad illius Meridianum erigatur. At quinq́ ſtellarum
coniunctiones:

coniunctiones:nõ modo Aerias alterationes:uerum etiam: quæ ad animi:ac fortunæ bona uel mala ſunt:ſignificant:quæ nõ omnibus regionibus cõmunia eſſe poſſunt.Quare efficiuntur regionibus propria ui eorum ſignorum.In quibus contingunt coniunctiones ipſæ. ¶De ſpatio uero loci : ad cuius mediũ Thema factum eſt:breuibus dicamus.Eſt enim ſpatium loci tanta circũ circa loci quantitas:pro quanta ſufficit Synodi Thema:nõ enim neceſſariũ eſt(ut cuilibet regionis portioni Thema cõſtituatur). Thema igitur Synodi : quod eſt figura horaria.xij.domorum Synodi:pro tanto terræ ambitu ſufficit : quantum Orizon illius terræ deſcribit:ad cuius meridianum Thema erigitur.Ambitus uero:quem Orizon regionis deſcribit.Sic accipitur ſecundũ Mathematicos:ſupponendo diametrum cuiuſlibet Orizontis nõ excedere ſtadia.360.Nam.180.ſtadia acies contrauidentis excedit: quare duplando:diameter erit.360 . Viſus enim cũ ad hoc uenerit ſpatium:acceſſu deficiens in rotunditatem recurrendo curuatur:atq; ita fit ut hic numerus ex utraq; parte gemminatus.360. ſtadiorum ſpatium efficiat:quod intra Orizontem regionis continetur.Quia uero circumferentiæ quãtitas habetur:diametrum triplicando:addendoq; ſeptimam eiuſdem partem:ambitus Orizontis relinquetur fere ſtudiorum.1131.& tanto uidelicet:ambitui idem Thema ſufficere autumat Porphyrius: cui regioni igitur portendit Synodus ex hiſce patet. ¶De gñe uero ſubiecto: In quo ſignificationes ſuſcipientur:nõ parua queſtio eſt. Ptole. enim eclipſes ſignificare arbitratur non tamen ea : quæ ad Aeris mutationes ſpectant.Sed quæ ad animi corporis:fortunæq; mala ac bona actinent.Trimenſtruas autem Synodos non niſi ad Aeris mutationes actinere expoſuit.Hinc queſtio euenit utrum Solis ac Lunæ Synodi ſignificent etiam: quæ ultra Aeris mutationes ſunt.Adhæc Libro centum enuntiatorum : ne prætermiſſas inquit.Centum & decemnouem cõiunctiones. In his enim poſita eſt cognitio eorum:quæ fiunt in mundo: & generationis & corruptionis.Vbi patet ab eiuſmodi coniunctionum numero eum excepiſſe Solis ac Lunæ Synodos:quoniam.119.cõiunctiones:non

nes:non autem.120.Vt Barbarræ tranſlationes habent:dixit:ut Innueret Solis ac Lunæ Synodos non omnium eorum: quæ fiunt in mundo cauſas eſſe:ſed ſolum eorum:quæ ad Aeris mutationes ſpectāt. ℭPro ueritatis igit͂ dilucidatione dicamus Mutationes quæ in hoc mundo fiunt. Alias eſſe: quæ ad Aeris mutationes ſpectāt:ut ſunt omnes Meteorologicæ Impræſſiones Alias quæ ex ijs pendent dūtaxat:quæ ad Aeris mutationes ſpectāt/ut Morbi:bona ac mala corporis. Alias eſſe quę ad animi:ac fortunæ bona atq; mala actinent. Vt Regum depoſitiones. Regnorum mutationes. Legum uarationes:& cætera id genus: ea uero quæ ad Aeris mutationes actinent. Alia currunt cōmuni ordine ac curſu:ut Pluuiæ:& Venti:& Niues & Vbertates fōtium:quæ non excedunt præter modum in ſuis temporibus: quibus fieri ſolent. Alia uero ſunt quæ cum nimis excedant. Præter modū ſuis temporibus fiunt. Vt Himbrium exceſſus. Diluuium. Terræ motus. Tempeſtates. Vredines. Cometæ:& id genus: quæ accidunt præter naturam temporis:aut accidunt in ſuis temporibus: ſed præter modum. Quæ uero proficiſcūtur ab ijs:quę ad Aeris mutationes actinent:etiam bifariam ſunt. Aut quę eueniunt tempore:quo non conſueueruut euenire. Aut quę tempore eueniūt quę conſueuerunt euenire:ſed pręter modum:ac cōmunem curſum:quo euenire ſolent. Tunc dicendum Synodos ui Synodorum ſolum ad Aereas mutationes uim habere:atq; ad ea: quę ex Aeris mutationibus proficiſcuntur: cum hęc ſuis temporibus conſueto curſu:ac non pręter modum fiunt. Vi autem eclipſium quę pręceſſerunt:aut quia ipſę eclipſes ſunt. Vi quoq; coniunctionum quinq; planetarū:quæ ſunt:119u(ut Ptolemæus inqt) quæq; non cōmuni curſu currunt. Vi etiam Angulationū: quas Iupiter cum Saturno:aut Mars cum Saturno uel cum Ioue deſcribit. In quibus fieri poſſunt Synodi. Solis ac Lunæ coniun-

poſſunt:& non ſolum ea agere poſſunt: quæ eclipſes: ac coniunctiones cæterorum planetarum agunt. Sed inminuere: uel augere ſignificationes prius ab alijs eclipſibus: uel coniunctionibus portẽtas. Verbi cauſa. Sit eclipſis in Ariete Synodus quę in Cancro continget: uel Libra: aut Capricorno. Si conuenerit in ſignificando cum eclipſi: quæ præceſſit: ſignificationes illius augebit: ſin diſcordauerit: eas inminuet. Simili ratione ſi Synodus fieret in eo angulo: in quo Iupiter cum Saturno fuerit quadrangulus. Nam augebit: uel minuet ſignificationes prioris coniunctionis: qua coniungebantur Saturnus & Iupiter: pro qualitate ſtellarum: quæ loco Synodi: ac angulo ſuccedenti in Themate figuræ. xij. domorum: præſunt. Melius autem hæc eo Libro patebunt: quem ſperamus cito inſcribere de mutationibus Aeris.

¶ De ſpetie: uero & qualitate euentuũ tranſigamus: & licet abunde de re huiuſmodi dixerimus Libro de noſtrarum Calamitatum cauſis. Nunc id aſſequamur: quod Ptolemæo placet. Ptolemæus itaq; Libro Apoteleſmatum ubiq; qualitatem ac ſpeciem euentuum pro qualitate ſtellarum: quæ Synodicis locis pręſunt: profiteri affirmat. Docet autem Ptolemęus colligere dominantes ſtellas a Synodicis ipſis locis: quę ſunt locus. In quo Sol & Luna partiliter coeunt: atq; centrum ſiue cardo: qui Synodi locum ſequitur. Nam ille planeta qui utriſq; ijs in locis rationes plures habet: eſt dominator Synodi. Et hæc ſunt uerba Ptolemæi ἔπειτα τοῦ οἰκοδεσπότου λόγον ἀπολαμβάνειν τοῦ τε συνοδικοῦ ἢ πανσεληνιακοῦ τόπου καὶ τοῦ ἑπομένου αὐτῷ κέντρου κατὰ τὸν ὑποδεδειγμένον ἡμῖν πρότερον ἐν τοῖς ἰω τρόπον σαφῶς περὶ τῶν ἐκλείψεων

Hoc eſt: deinde Oecodeſpotis rationem habentem oportet: accipere. Synodici: uel Plenilunaris loci: atq; ſequentis. Ad hoc centri ſecundum dictum a nobis modum: quem diximus prius in de eclipſibus: per quę Innuit eum planetam Oecodeſpotem hoc eſt dominatorem eſſe: qui loco Synodi: ac Cardini: qui Synodicum locum ſequitur: prǽeſt: & Intellige hęc tam in menſtruis Synodis: q̃ trimenſtruis: tam in Interlunijs: q̃ Plenilunijs: in omnibus

bus enim talibus Ptolemęus arbitratur ea loca eſſe conſideran/
da:quorum alter eſt locus Lunę. Alter uero angulus: ſiue cardo:
qui locum Lunę ſequitur. Veluti in eclipſibus tam ſolaribus : q̄
Lunaribus:ſemper locum eclipticum:& eum:qui eclipticum lo/
cum ſequitur:uult eſſe obſeruandos. Ab ijs enim docet Oecodeſ
potem colligere:uolui autem hęc uerba referre propter tranſla/
tiones non nullorum:quę habent pręcedentis centri : ut innue/
rem falſas eſſe:cum Ptolemęus ſequentis:& non pręcedentis di/
cat. Quę uero ſint iuriſdictiones ſuperius pro parte dictum eſt:
& dilucide atq; ad ſufficientiam Libro de noſtrarum calamitatum
cauſis:ac in eruditionibus. Nunc uero illud ſufficiat nobis in/
tellexiſſe ex ijs Ptolemęi uerbis eum planetam Oecodeſpotem eſ
ſe Synodi:qui Synodi loco:atq; ſequenti eum centro pręeſt: di/
co ſequenti per ſignorum ſucceſſionem. Species igitur & qualitas
euentuum pro qualitate Oecodeſpotis colligenda eſt: iuſta enim
illius naturam ut Ptolemęus inquit pronunciandum eſt: de na/
turis uero planetarum Libris pręditis quęrito:noli tamen pręſ/
termictere:ut Libro de noſtrarum Calamitatum cauſis explicaui
mus:participes dominos:nec ſtellas : quę aut cooriuntur cum
Synodicis locis:aut ſunt cum dominantibus ſtellis cōmiſtę: uel
cum Synodicis ipſis locis configuratę:aſſumunt enim partem ſi
gnificationū. ℂ Poſt hęc de temporibus tranſigendum:eſt enim
inicium portentorum eo ipſo tempore:quo Synodus : aut Ple/
nilunium eſt:poſtponeretur autem tempus in ijs euentibus:qui
pluribus egent diſpoſitionibus. At cum qualitates Aereæ : quas
Synodi Pleniluniaq; portendunt:diſpoſitionibus non indigent:
cum ipſę ſint cęterarum rerum diſpoſitiones : quare cum Aerea
qualitas nulla alia egeat diſpoſitione: Iure inicium erit tempus:
quo Synodus eſt. Et licet inicium ſit ipſa hora:qua Synodus:uel
Plenilunium eſt:apparitio tamen ſignificationum efficatius : ut
Ptole.inquit:cernitur:cum Luna reſpectu Solis ſecundum ſi

die quarta completa ante & poſt Synodum uel Plenilunium af/
firmat:ꝙ die fere quarta:completa Luna a Sole diſtet:uel antece/
dat partibus.45.Vbi eſt Secūdus uel.14.figurę angulus.Quam
diem nauigandi Magiſtri diligenter obſeruant. Theon autem
mutationis inicium die tertia ſcilicet incompleta:die autem.Se
cunda completa:ac die tertia incipiēte eſſe affirmat. Inquit enim
ſi incipientie die tertia Lunę lumen clarum uidetur:eſt ſerenita
tis ac tranquillitatis ſignum.Sin autem fuluum.Sub rubrumq;:
Ventum ſignificat.Ac ſi nigrum obſcurumq;.Pluuiam.Cauſa eſ
ſe poteſt.Quoniam Luna completis duobus diebus : tercia die
incipiente.xxij.partibus Minutis.xxx.a Sole ipſo diſtat:& pro/
pterea uapores Pluuiatiles mouet in Aere : quibus apparet ſub
Nigra:aut Obſcura:uel exhalationes:quibus apparet fulua : ex
quibus Venti ſunt.Nam eo tempore primum figurę angulum
deſcribit:ꝙ ſi clara ac lucida uidetur:priuatione uaporum:ac ex/
halationum ſerenitatis ac tranquillitatis eſt ſignum: perduratio
uero effectuum:quos Luna ipſa portendit:erit quouſq; noua Lu
natio emergit. ¶ De auctiōe uero aut inminutione:dicamus:effe
ctus ipſos quos Synodus:uel Plenilunium ſignificat pro conue
nientia:atq; cōtrarietate angulorum in figura ſequentium : quos
Luna cum Sole deſcribit augeri minuiq;.Nam ſi Oecodeſpotes
eorum angulorum:qui ſecuntur: cum Oecodeſpotibus Synodi
cis ratione ac qualitate conuenerint:ſignificationes priores auge
bunt.Sin autem qualitate : ac miſtura contrarij erunt. Illas aut
mutabunt:aut remictent:potiſſimum ſi in huiuſmodi angulatio
nibus cęterarum ſtellarum coniunctiones contigerint : pro au/
ctione itaq; ac inminutione eorum:quę Synodus uel Pleniluni/
um ſignificabat:omnes anguli figurę ſexdecangulę obſeruandi
ſunt. Nam pro qualitatibus eorum priores ſignificationes aut
creſcent:aut inminuentur.

❡Enunciatum. VII.

Fiunt Synodi vel Plenilunia modo magna/ modo Mediocria. Modo parua pro ratione ceterarum conſtellificationum cum quibus concordant/aut diſcordant.

CAEteræ conſtellificationes : quæ obſeruandæ ſunt:ab eo : qui Synodos menſtruas conſiderat:eſt eclipſis/ſi præceſſerit:eſt trimenſtrua Synodus uel oppoſitio:ſi præceſſerit:dico ſi præceſſerit: quoniam ipſa poteſt eſſe ecliptica:aut trimenſtrua:eſt Aliqua ſtellarum coniunctio: ſi præceſſerit : eſt Angulus aliquis eius figuræ:quam deſcribit leuis planeta reſpectu grauis . Si in tali angulo Synodus uel oppoſitio cõtingit. Qui enim per Synodos uel Plenilunia prędicere uoluerit:omnia hæc inſpicere debet.Nam effectus grandes:& ea: quæ præter cõmunem ordinem eueniunt:poterit prædicere: ex ipſis Lunationibus proficiſci: quando præcedentes conſtellificationes illa portenderint:ac Synodi in ſignificationibus cum eis cõcordauerint. At cum non fuerint prius indicata . Synodi ac Plenilunia : quæ conſiderantur:illa non ſignificabunt:nec augebunt: nec diminuent.Diligens igitur Mathematicus:qui uult futurorum non nulla præſagire:diligenter Animaduertere debet omnia hæc : eaq; inter ſe comparare:& pro natura eorum:quę in ſignificandis rebus præſunt:iudicare. Et de Helionoricis figuris hactenus. ❡Cæpimus autem Libellum hunc 1510 die 20. Augusti confecimus

cum Iuſtiſſimo : ac Strenuiſſimo Principe Proſpero Columna: apud Romanas Syluas. Reuidimus deniq; eundem Sueſſe. 1510. Februarij die quarto: & Vltimam manuũ ad honorem Dei Impoſuimus.

¶ FINIS.

¶ Auguſtini Niphi Medices Phylothei Sueſſani Philoſophi egregij: de Figuris Stellarum Helionoricis præclari Libro duo: diligenter recogniti: per Dominum Mathæum Martinellum Grauinenſem bonarum Artium profeſſorẽ fæliciter finiuntur: & Neapoli Impreſſi per honeſtum uirum Ioan. Paſq. & Dominicum Paſquetum Pertheno peum. In ædibus ſuis: prope Templum Angelicæ Salutationis. Anno a Virgineo partu. M.D.XXVI. Quarto Idus Maij.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google